482

CONSILIORVM SEV RESPONSORVM IVRISCONS.

IO. FRANCISCI SCHENARDI

DE SONDRIO VALLISTELLINAE.

Liber Secundus.

Quo diuersæ materiæ, varijque tractatus, causarum patrocinia, & Statutorum interpretationes traduntur,




COMI, M. DC. XIII.
Apud Hieronymum Frouam.

Tractatus qui in hoc Volumine continentur.

Sindicatu & Officialium defensionibus in eo.
Salarijs, & mercedibus atque officio Assessorum.
Crimine Barataria, & Repetundarum.
Interpretatione statutorum, & reformationis in genere.
Testibus in Sindicatu non admittendis.
Extensione, & restrictione in penalibus correctorijs, & exorbitantibus.
Semel absolutis quando possint iterum inquiri.
Sorore ad hæreditatē fratris, vel sororis admittenda exclusa Nepte
Nouationibus.
Delegationibus.
Reseruationibus.
Protestationibus.
Caducitate Emphiteotæ propter generalem omnium bonorum alienationem.
Positionibus quando pro confessis habeantur.
Promissore in solidum quando ei excussionis competat exceptio.
Appellatione deserta ad interpretationem statuti, 92. Vallistellinę
Medica arte non cuilibet temerè fidenda.
Prohibita veneni venditione.
Legitima de quibus bonis, & quomodo deducenda.
Nullitatibus sententiæ.
Mandatis ad iurandum.
Ratihabitione tacita l.fin. C. si maior fact.
De venia ætatis.
Paternis bonis, An paterna dicatur Dos profecta a patre vxori soluto matrimonio restituta, & quid de antifacto.
Rescriptis admittendis, vel non admittendis.
Statutis, quando ad bona, contractus, vel personas extra territorium non extendantur.
Correlatiuis.
Equiparatis.
Consilio sapientis.
Compromissis.
Arbitrij libertate.

Diuisione





ILLVSTRISSIMO

CONSVLTISSIMOQ; VIRO D. CARVLO PASQVALI

Christianissimæ Gallicæ, & Nauareæ Maiestatis apud Rhetos Legato dignissimo, eiusque secretioris Consilij Consiliario, Domino Colendiss. S.



Dignitatem, vir amplissimè, siue sapientiam, siue commune meritum inspiciam, intra spatium illud quod Rheti limites ambiunt, non nisi tuæ amplitudini debetur, eò magis istius opusculi, omnis dicatio: Dignitatem inquam cum Maiestatem tanti Regis & vices agas cuius sceptrum totius nullum orbis aliud superat, & a paucis ęquatur: Sapientiam cuius fama, dicta, facta, & scripta tanti viri futuris consignabunt sæculis immortale nomen: Meritum, cum Principem meum tantæ Maiestati fœdere reconiunxeris, in quo sicut in speculo prospicientes, perpetuam illius securitatem facile contemplamur, nè externæ Classes, vel illius gratiam lædant, vel potentiam experiantur: Cum vincula solueris in quibus initiatum erat commune periculum, & quibus spes prior fiebat remissa nimis: Et cum etiam internis pacatis simultatibus, sit nobis, tua virtute restituta quies. Accipe ergo hoc grati animi argumentum, in magnæ etiam tantę celsitudinis obseruantiæ symbolum, Quod rudis ingenij, vestra magno doctioris muneri sapientia æquabit.

Amplitudini vestræ

Seruus additissimus semper,

Io. Franciscus Schenardus.

✠ Ego

EGo Presbyter Franciscus Fontana Iuris vtriusq; Doctor Nouo Comensis, de licentia admodum Reu. Patris Fratris Pauli Paleariј Inquisitoris generalis Ciuitatis, & Diœc. Comen. attestor me legisse hanc partem secundam Consiliorum D. Io. Francisci Schenardi I. C. in eaq; nihil inuenisse, quod discrepet a Regulis Indicis. In quorum fidem, &c. Dat. Comi die 23. mensis Iulij, Anno a Natiuitate Domini 1612.

Ego Franciscus Fontana qui supra manu propria, &c.

Die xxv. Attenta supradicta attestatione, & fide &c. conceditur vt imprimatur, seruatis seruandis iuxta nouum Indicem.

Fr. Paulus Palearius Inquisitor Comi manu propria.

Nicolaus Coquius Vicarius Gen. Comi, &c.

Vidit Saecus pro Excell. Senatu, &c.

Christiano Lectori, S.




REDEREM, forte quasi continua veritatem expertus, maximum Deo sacrificium retinere, si aliquali hac libri secundi præfatione mira eloquij sui de cura, & securitate Iustorum non scriberem, quorum fide eorum animi ad spem excitentur in Deo ponendam, quorum nauis in mari christianæ probationis impiorum flatibus agitatur; Id primum quo se libenter ad patientiam disponant, prospicientes, quod, quam putant impij in fundum demergere, nolentes in portum salu-
tis impellunt, eorum diuerso facti exitu iniquitate illusa: sic enim in seruorum suo- 1.Reg.18
rum Deus discrimine agit, qui nihil graue aliquid pati existiment, cum ab improbis
insidiantur, quia eorum nulla de causa consuetudo fuit semper odisse bonos, quibus ideo chrisost.
adhuc Christus loquens inquit, In mundo afflictionem habebitis, mundus gaudebit hom. in Ps.5.&7
vos autem tristitia afficiemini: Deo enim magnæ est cura, vt in virtute crescamus, Io.16.
quæ in tribulatione perficitur, per quam etiam, comite patientia peccata abstergun- Chrsl.in Ps.7.
tur, & salutem consequimur; multo magis, cum persecutionem nos propter id, quod Apost. 2.
acceptum est Deo, sustinere contingit, quos beatos cæleste testatur oraculum. Vnde Cor. 12.
legimus Apostolos gaudentes exiuisse a conspectu concilij, quoniam digni habiti fue- Idē Chrisos.in Ps. 38.
rant pro nomine Iesu contumeliam pati. In quo qui piè viuere volunt, necesse est, Math. 5.
persecutionem patiantur; cum difficilè sit nobis Dei, & mundi amicitiam conciliare; Act. 5.
Huius enim est cura sensus; illius est cura rationis, hic ad fauores contendit, ille iusti- 2.Tim.3 Iac. 4.
tiam commendat, hic personis arridet, ille personarum acceptionem excludit, hic tan- Iere.22. Leuit.19
dem muneribus quærit, quod ille plectit supplicijs. Cum ergo illius electio istius gra- & Deut.1
tiam excludat; nil istam facere debemus, cuius solius corporis est, & temporalium Esa. 1.
potestas, sed illi nostræ debet hærere fortitudo, qui nobis coronas alibi parauit, de quibus Ioan. 15. Mat. 10.
Apostolus dicebat: Bonum certamen certaui, fidem seruaui, cursum consumaui, in Chrisf.in Ps. 7.
reliquis reposita est mihi corona iustitiæ, quam Deus parauit diligentibus eum: sæculi 2.Tim.4.
enim huius, & alterius sic vices mutantur, vt hic impij vitam ducant in bonis, in Iob. 21.
exitù verò in infernum descendant; Pij in maledictionibus, tribulationibus, persecu Ps. 90.
tionibus, & insidijs hic probentur, carne verò exuti in gloria resurgant; Lazari, & Luc. 24. Io. 9.
Epulonis exemplo, hic per pœnitentiam patiantur, ibi in gloria lætentur, hic in labo 2.Cor.7.
re sudent, ibi in tranquillitate quiescant, hic Deum in ærumnis meditentur, ibi in de
licijs intueantur, hic lugeant, ibi consolentur, hic eorum iusto in opere diligant, ibi æter Mat. 5. Io. 14.
no in honore fruantur, sola in hoc hic sententia æquati, quod, nec impiorum solatium,
nec piorum patientia extrema sortiuntur. Non illorum, quia extrema gaudij occu- Prov.14.
pat luctus, & sicut puluis est mortalis gloria eorum, quæ in dimidio dierum sæpe re- Psal. 1.
uocatur: Horum autem, quia eos facit maiori uirium fortitudine potiri, quam ten- 1. Pe. 2.
tatione vexari, vel afflictione torqueri; Vnde Chrisostomus inquit, Deus non patitur in Ps 38.
vt ijs, qui iniuria afficiuntur, perpetuæ parentur insidiæ. Et Proph. ipse testatur se- Ps. 36.
nui etenim, iunior fui, & nunquam vidi iustum derelictum. Permittit quidem ad

eorum

Iac. 1 & *eorum salutem, ut in tribulationibus, angustijs, & insidijs, sicut aurum in fornace pro-*
1. Pet. 1. *bentur. Quoniam tribulatio, patientiam operatur, patientia probationem, probatio*
Rom. 5. Gal. 5. *spem, spes autem non confundit; & per ipsas, non per sensualia desideria ad cœlestia*
Psal. 36. *Regna conducimur, sed non permittit suam tandem manum supponens, quod caden-*
Griso. in Psal. 7. *tes iusti collidantur, disposito sic iudicij sui decreto, ut iustitia rectorum liberet eos, &*
in insidijs suis capiantur iniqui. Differt quidem, sed non deserit, casum sibi reseruans,
1. Reg. 23 *cui nostræ non sufficiunt vires: Saul ita ad modum corona cinxerat Dauid, ut despe-*
raret fugere a facie Saul, Et ecce quod Philisteis seipsos infodientibus coactus fuit ad
1. Maca. 3 *ipsos vertens obsessum relinquere, nobis ostendens, Iustos in nullis vincere, sicut in*
multis, & fortitudinem eorum esse de cælo. Nec ipsius dignitatem minuebat, quod
Chrisos. *omnes Philisteos, atq; aliquas Israel Tribus inimicas haberet; Quoniam non an quis*
in Ps. 7. *inimicos habeat, sed an eos ipse fecerit, sapientes inspiciunt: cum iustorum non sit odia*
Chris. ibi *euitare, sed bene nullis iniustè officere, sicut nec culpæ, quia patimur, uel maledicimur,*
adscribi debet, quam nullus Sanctus euitauit. Lætamini ergo in Domino, & exulta-
Ps. 31. *te iusti; Quoniam sperantes in Domino misericordia circumdabit. Si enim impij ob-*
Chris. in Psal. 38. *tinent sine hæsitatione sperantes, tantum se Deus fiduciæ dedit. Quid de pijs erit, quos*
Chris. in *ne dum fides, sed etiam iustitia commendat? Viriliter ergo agite, Dominum diligi-*
Psal. 10. Tit. 1. *te, & sperate in eo, quem ego probaui. Et mundus potius corruet, quam veritas ista*
Chrisos. *deficiat. Credite mihi. Hæc enim est virtus, quæ nec toto vincitur orbe, estq; faci-*
hom. in Psal. 7. *lius, quam mentiri, denuò crucifigi. Iterum credite mihi. Hicque currens calamus*
sistit, vbi Tertijs pacem amicis gratias, & veniam inimicis ex corde relinquo, quos
Chrisos. ***quantum, sciunt errasse pœnitebit, Cogitantes quod non est naturæ, sed imperfecti***
in Ps. 9. ***animi, pecuniæ perditæ dolor, & quod in sempiterna damni auctores obligatione ver-***
santur; quodque sæpe magis mortui memoria, quam viuentis persona veneratur;
Quam Deo sæpè magis occulta coniungit, Cui sit semper omnis laus, honor, & gloria
in sempiterna sæcula sæculorum. Amen.

Schenardus.



CONSILIORVM SEV RESPONSORVM IVRISCONS. IO. FRANCISCI Schenardi.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *ASSESSOR. Quemadmodum Iudex debet habere mercedem, seu salarium pro laboribus, studijs, & consilijs.*

2 *Consultori debetur salarium sui consilij.*

3 *Assessoris officium est consulere.*

4 *Assessori, & Iudici etiam habenti salarium de publico, debetur merces, & salarium pro extraordinarijs laboribus.*

5 *Assessor præmijs est inuitandus.*

6 *Mercenarius dignus est mercede.*

7 *Consilium iustum vendi potest.*

8 *Assessori de quibus laboribus & officijs debeatur merces eo. num. 7. & seqq. vsque ad num. 12.*

13 *Merces debet laboribus commensurari.*

14 *Merces crescit, & decrescit prout labor.*

15 *Merces Assessoris quibus inspectis taxanda & num. 25.*

16 *Merces, seu salarium potest recipi, & exigi etiam ante sententiæ calculum: Etiam ante consilium editum num. 17. Ratio num. 18.*

19 *Sportula debent offerri.*

20 *Lucrum qui recusat, sibi dicitur insidiare cum potest illud recipere.*

21 *Salarium Iudicis debetur ex singulo capite petitionis.*

22 *Sententiæ tot sunt quot capita petitionis.*

23 *Salarium debetur etiam partibus concordatis.*

24 *Assessoris salarium quando a Iudice, & quando a partibus solui debeat.*

26 *Salaria debentur iuxta consuetum.*

27 *Munera in pecunijs consueta recipi possunt.*

28 *Assessor censetur conductus sub consuetis salarijs, præmijs, & muneribus.*

29 *Consuetudo etiam legibus contraria Iudices, & Assessores excusat.*

30 *Consuetudo attenditur etiam post reformationem nisi salaria leuia augeantur.*

31 *Consuetudo Fori probatur fide procuratorum, & Notariorum.*

32 *Transgressio non est vbi non est lex.*

33 *Iudex ideo non potest in arbitrarijs reprehendi.*

34 *Casus plures sunt quam leges.*

ARGVMENTVM.

TRactatus de Sindicatu, mercede Officialium, salario, & sportulis, studijs, laboribus, consiliis, & officiis Assessorum. De eorum defensionibus. Et testibus contra eos non admittendis.
De crimine Baratariæ, & Repetundarum.
De ratione interpretandæ reformationis.
De Extensione prohibita in pœnalibus, & correctoriis.
Qualem probationem requirat extra iudiciale dictum, vel confessio.
De semel absoluto quando, & quibus inditiis iterum eadem repetatur inquisitio.



CONSI-

CONSILIVM PRIMVM.

IVDICA ME DEVS, ET DISCERNE Causam meam.



MNIS ferè in Sindicatu Officialis defensio ista rum Iuris sanctionum veritate concluditur ita, vt qui quamlibet imputationem alterutra sanctione valet euitare; in absolutione versetur, & contra suæ indemnitati obnoxios actione vtatur.

Prima est, quòd Iudici, & multo magis Assessori, maximè etiam non habenti sala-
1 rium de publico † debetur merces, & salarium pro laboribus, studiis, & consiliis, quæ facit in causis c. statutum, §. Assessorem vbi glo. in verbo competenti salario de rescrip. in 6. lib. 1. C. de off. Assess. & l. diem functo, ff. eo. gl. in c. cum ab omni in fin. de ui. & honest. Cler. Nauar. in comm. de datis, & promissis pro iust. obtin. notab. 11. nu. 26. Menoch. tract. de Arbitr. Iud. casu 342. nu. 40. & in fin. Couat. in comm. ad regulam peccatum, §. 3. num. 2. Rol. a Valle, consil. 87. num. 3. lib. 2. Caball. ad constit. Egid. lib. 2. cap. 31. numero 2. Viu. decis. 113. Foler. ad constit. Regni incip. Ad hoc volentes numero 2. Spec. in tit. de assess. §. salarium, & in tit. de Salar. §. dicturi numero 10. in fi. & numero 14. Idem Menoch. casu 254. Francus in d. c. statutum. §. Assessorem in fi. Pute. tract. de Sindic. in verbo Assessor cap. 1. numero 23. Affl. ad constit. Regni incip. Capitaneum lib. primo sub numero 32. Bal. in consil. 353. sub. num. 2. lib. 5. Idem Affl. in costit. incip. vt vniuersis num. 45. Anibal Monter. in comm. ad statu. Bonon. tit. de confiden. & suspec. in verbo salarium, & in tit. seq. in verbo Iudicibus.

2 Sicuti & de Consultore † dicitur (assef-
3 soris enim † officium est consulere, Dec. consil. 8. num. 2.) glo. & Fran. in d. §. assessorem in fi. Menoch. casu 228. num. 25. Ioseph. Lud. decis. Perus. 74. num. 1. & 2. Afin. praxi §. 25. cap. 29. per totum, Pute. tract. de Sindic. in verbo salarium cap. 4. sub num. 4. Quinimo etiam si habeant de publico salarium, debetur eis nihilominus vltra il-
4 lud pro extra ordinariis laboribus † merces Bertaz. consil. 180. num. 4. Pute. de Sindic. verbo salarium, numero 1. Boni enim sunt præmiandi, Bal. consil. 194. num. 2. ad fin. vbi in specie nostra lib. 2. Alex. Raud. consil. 49. & consil. 50. nu. 445. & 570. numero 114. lib. 1. Foler. ad d. const. ad. hoc, numero 4. Et præ-
5 miis † inuitandus est assessor d. l. C. de off. assess. glo. fin. d. cap. cum ab omni.

6 Dignusque est † mercenarius mercede Menoch. cons. 228. nu. 14. lib. 2. Deut. 14. Leuit. 24. & 13. q. 5. c. 1

In cuius mercedis, & salarij rationem, nedum ex allegatis, consilia veniunt, quæ
7 etiã † iusta vendi possunt glo. in d. §. assessorem in verbo competenti; sed & studia Affl. ad dict. constitur. Regni incip. Capitaneum sub num. 32. processusque
8 & scripturarum † examen. Foler. ad d. constitur. incip. Ad hoc volentes nume-
9 ro 3. Mediatoris † officium, quod vel inter Præsidem, vel Cameram, & subditum facit, vel inter partes ipsas controuertentes toto tit. de proxen. Raud. d. consilio 50. numero 293. 548. 562. 564. 584. & seqq. vsque ad nu. 588. & num. 625. & 673. Imò, & illius hu-
10 manitatis meritum, quod † partes libenter

EGo Presbyter Franciscus Fontana Iuris vtriusq; Doctor Nouo Comensis, de licentia admodum Reu. Patris Fratris Pauli Palearij Inquisitoris generalis Ciuitatis, & Dioec. Comen. attestor me legisse hanc partem secundam Consiliorum D. Io. Francisci Schenardi I. C. in eaq; nihil inuenisse, quod discrepet a Regulis Indicis. In quorum fidem, &c. Dat. Comi die 23. mensis Iulij, Anno a Natiuitate Domini 1612.

Ego Franciscus Fontana qui supra manu propria, &c.

Die xxv. Attenta supradicta attestatione, & fide &c. conceditur ut imprimatur, seruatis seruandis iuxta nouum Indicem.

Fr. Paulus Palearius Inquisitor Comi manu propria.

Nicolaus Coquius Vicarius Gen. Comi, &c.

Vidit Saecus pro Excell. Senatu, &c.

Christiano Lectori, S.



REDEREM, forte quasi continua veritatem expertus, maximum Deo sacrificium retinere, si aliquali hac libri secundi præfatione mira eloquij sui de cura, & securitate Iustorum non scriberem, quorum fide eorum animi ad spem excitentur in Deo ponendam, quorum nauis in mari christianæ probationis impiorum flatibus agitatur; Id primum quò se libenter ad patientiam disponant, prospicientes, quod, quam putant impij in fundum demergere, nolentes in portum salu-
tis impellunt, eorum diuerso facti exitu iniquitate illusa: sic enim in seruorum suo- 1.Reg.18
rum Deus discrimine agit, qui nihil graue aliquid pati existiment, cum ab improbis
insidiantur, quia eorum nulla de causa consuetudo fuit semper odisse bonos, quibus ideo chrisost.
adhuc Christus loquens inquit, In mundo afflictionem habebitis, mundus gaudebit hom. in Ps.5.&7
vos autem tristitia afficiemini: Deo enim magnæ est curæ, vt in virtute crescamus, Io.16.
quæ in tribulatione perficitur, per quam etiam, comite patientia peccata abstergun- Chrys. in Ps.7.
tur, & salutem consequimur; multo magis, cum persecutionem nos propter id, quod Apost. 2.
acceptum est Deo, sustinere contingit, quos beatos cæleste testatur oraculum. Vnde Cor. 12. Idē Chri
legimus Apostolos gaudentes exiuisse a conspectu concilij, quoniam digni habiti fue- sos. in Ps. 38.
rant pro nomine Iesu contumeliam pati. In quo qui piè viuere volunt, necesse est, Math. 5.
persecutionem patiantur; cum difficilè sit nobis Dei, & mundi amicitiam conciliare; Act. 5. 2.Tim.3
Huius enim est cura sensus; illius est cura rationis, hic ad fauores contendit, ille iusti- Iac. 4.
tiam commendat, hic personis arridet, ille personarum acceptionem excludit, hic tan- Iere.22. Leuit.19
dem muneribus quærit; quod ille plectit supplicijs. Cum ergo illius electio istius gra- & Deut.1 Esa. 1.
tiam excludat, nil istam facere debemus, cuius solius corporis est, & temporalium Ioan. 15.
potestas, sed illi nostræ debet hærere fortitudo, qui nobis coronas alibi parauit, de quibus Mat. 10. Chrys. in
Apostolus dicebat: Bonum certamen certaui, fidem seruaui, cursum consumaui, in Ps. 7.
reliquis reposita est mihi corona iustitiæ, quam Deus parauit diligentibus eum: seculi .2Tim.4.
enim huius, & alterius sic vices mutantur, vt hic impij vitam ducant in bonis, in Iob. 21.
exitu verò in infernum descendant; Pij in maledictionibus, tribulationibus, persecu Ps. 90.
tionibus, & insidijs hic probentur, carne verò exuti in gloria resurgant; Lazari, & Luc. 24. Io. 9.
Epulonis exemplo, hic per pœnitentiam patiantur, ibi in gloria lætentur, hic in labo 2.Cor.7.
re sudent, ibi in tranquillitate quiescant, hic Deum in erumnis meditentur, ibi in de
licijs intueantur, hic lugeant, ibi consolentur, hic eorum iusto in opere diligant, ibi æter Mat. 5. Io. 14.
no in honore fruantur, sola in hoc hic sententia æquati, quod, nec impiorum solatium,
nec piorum patientia extrema sortiuntur. Non illorum, quia extrema gaudij occu- Prou.14.
pat luctus, & sicut puluis est mortalis gloria eorum, quæ in dimidio dierum sæpe re- Psal. 1.
uocatur: Horum autem; quia eos facit maiori uirium fortitudine potiri, quam ten- 1. Pet. 2.
tatione vexari, vel afflictione torqueri; Vnde Chrisostomus inquit, Deus non patitur in Ps 38.
vt ijs, qui iniuria afficiuntur, perpetuæ parentur insidiæ. Et Proph. ipse testatur se- Ps. 36.
nui etenim, Iunior fui, & nunquam vidi iustum derelictum. Permittit quidem ad

eorum

Iac.1 & 1.Pet.1. Rom. 5. Gal. 5. Psal.36. Griso. in Psal. 7.

eorum salutem, vt in tribulationibus, angustijs, & insidijs, sicut aurum in fornace probentur. Quoniam tribulatio, patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit; & per ipsas, non per sensualia desideria ad cælestia Regna conducimur, sed non permittit suam tandem manum supponens, quod cadentes iusti collidantur, disposito sic iudicij sui decreto, vt iustitia rectorum liberet eos, & in insidijs suis capiantur iniqui. Differt quidem, sed non deserit, casum sibi reseruans,

1. Reg. 23 *cui nostræ non sufficiunt vires: Saul ita ad modum corona cinxerat Dauid, vt desperaret fugere a facie Saul, Et ecce quod Philisteis seipsos infodientibus coactus fuit ad*

1. Maca. 3 *ipsos vertens obsessum relinquere, nobis ostendens, Iustos in nullis vincere, sicut in multis, & fortitudiaem eorum esse de cælo. Nec ipsius dignitatem minuebat, quod*

Chrisos. in Ps. 7. *omnes Philisteos, atq; aliquas Israel Tribus inimicas haberet; Quoniam non an quis inimicos habeat, sed an eos ipse fecerit, sapientes inspiciunt: cum iustorum non sit odia*

Chris. ibi *euitare, sed bene nullis iniustè officere, sicut nec culpæ, quia patimur, uel maledicimur, adscribi debet, quam nullus Sanctus euitauit. Lætamini ergo in Domino, & exultate iusti;*

Ps. 31. Chrys. in Psal. 38. Chris. in Psal. 10. Tit. 1. Chrisos. hom. in Psal. 7.

Quoniam sperantes in Domino misericordia circumdabit. Si enim impij obtinent sine hæsitatione sperantes, tantum se Deus fiducia dedit. Quid de pijs erit, quos nedum fides, sed etiam iustitia commendat? Viriliter ergo agite, Dominum diligite, & sperate in eo, quem ego probaui. Et mundus potius corruet, quam veritas ista deficiat. Credite mihi. Hæc enim est virtus, quæ nec toto vincitur orbe, estq; facilius, quam mentiri, denuò crucifigi. Iterum credite mihi. Hicque currens calamus sistit, vbi Tertijs pacem amicis gratias, & veniam inimicis ex corde relinquo, quos

Chrisos. in Ps. 9. *quantum, sciunt erraße pænitebit, Cogitantes quod non est natura, sed imperfecti animi, pecuniæ perditæ dolor, & quod in sempiterna damni auctores obligatione versantur; quodque sæpe magis mortui memoria, quam viuentis persona veneratur; Quam Deo sæpè magis occulta coniungit, Cui sit semper omnis laus, honor, & gloria in sempiterna sæcula sæculorum. Amen.*

Schenardus.



CONSILIORVM SEV RESPONSORVM IVRISCONS. IO. FRANCISCI Schenardi.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 ASSESSOR. Quemadmodum Iudex debet habere mercedem, seu salarium pro laboribus, studijs, & consilijs.

2 Consultori debetur salarium sui consilij.

3 Assessoris officium est consulere.

4 Assessori, & Iudici etiam habenti salarium de publico, debetur merces, & salarium pro extraordinarijs laboribus.

5 Assessor præmijs est inuitandus.

6 Mercenarius dignus est mercede.

7 Consilium iustum vendi potest.

8 Assessori de quibus laboribus & officijs debeatur merces eo. num. 7. & seqq. vsque ad num. 12.

13 Merces debet laboribus commensurari.

14 Merces crescit, & decrescit prout labor.

15 Merces Assessoris quibus inspectis taxanda & num. 25.

16 Merces, seu salarium potest recipi, & exigi etiam ante sententia calculum: Etiam ante consilium editum num. 17. Ratio num. 18.

19 Sportulæ debent offerri.

20 Lucrum qui recusat, sibi dicitur insidiare cum potest illud recipere.

21 Salarium Iudicis debetur ex singulo capite petitionis.

22 Sententiæ tot sunt quot capita petitionis.

23 Salarium debetur etiam partibus concordatis.

24 Assessoris salarium quando a Iudice, & quando a partibus solui debeat.

26 Salaria debentur iuxta consuetum.

27 Munera in pecunijs consueta recipi possunt.

28 Assessor censetur conductus sub consuetis salarijs, præmijs, & muneribus.

29 Consuetudo etiam legibus. contraria Iudices, & Assessores excusat.

30 Consuetudo attenditur etiam post reformationem nisi salaria leuia augeantur.

31 Consuetudo Fori probatur fide procuratorum, & Notariorum.

32 Transgressio non est vbi non est lex.

33 Iudex ideo non potest in arbitrarijs reprehendi.

34 Casus plures sunt quam leges.

94 Fisco

94 Fisco onus incumbit probandi quod Officialis plus congruo receperit.

95 Asserenti plus debito soluisse incumbit onus probandi.

96 Fisci in criminalibus quàm partis in ciuilibus debet esse euidentior probatio.

97 Fisco non probante debet Reus absolui.

98 In dubio iudicandum contra Fiscum.

99 Officialibus, magna præsumptio patrocinatur multumq; eis, legibus fauetur, & in quibus num. 100. 101. & 102. 103.

104 Officiales in sindicatu non nisi claris, apertis, liquidissimis, & euidentissimis probationibus conuincuntur.

105 Officiales in sindicatu non torquentur, sed purgationis iuramento dimittuntur.

106 Testes mille singulares tantum valent, quantum vnus.

107 Testis vnicus, vel plures singulares nil faciunt contra Officiales in sindicatu.

108 Testi quod vnico credatur, nec statuto fieri potest. & num. 135.

109 Testis a Fisco productus etiam inhabilis probat contra Fiscum.

110 Negatiua probatur confessione partis exonerantis.

111 Suspicio contra Officialem tollitur si se in publico palam exhibeat.

112 Item si aliquos corrumpentes recusasse probabit.

113 Item si fama sit mundas habuisse manus.

114 Fama bona probatur eo ipso quod mala non probatur.

115 Testes in Sindicatu contra Officiales debent esse omni exceptione maiores.

Testes in sindicatu contra Officiales non admittuntur infrascripti.

116 Inimici etiam reconciliati, & numero 117.

118 Emuli.

119 Fallit, vel alieno ære grauati.

120 Crimine notati, vel sperantes impunitatem.

121 Querelantes & Deferentes.

122 Conspirantes contra Officialem.

123 Grauamen prætendentes ipsis illatum.

124 Interesse habentes aliquo respectu.

125 Criminis dando, offerendo, vel promittendo particepes eo minus sine tortura num. 127.

126 Officialis, & ille qui obtulit dedit, vel promisit, pena tenentur eadem.

128 Testes pariter mediatores non admittuntur contra Officialem.

130 Statutum a iure communi recipit passiuã interpretationem.

131 Relatio debet fieri ad illam partem statuti, quæ iure communi concordat cum potest ad plura referri.

132 Interpretatio stricta fit ad pœnam euitãdã sicut ad euitãdã correctionem iuris.

133 Statutum admittens Mediatorem, vel proxenetam in testem, quomodo intelligendum.

134 Testes sunt omnino excludendi, qui plures patiuntur deffectus.

136 Testis mediator magis repellitur, qui recepti, vt iudici tradat, debet rationes reddere.

137 Præsumitur pro se retinuisse qui aliquid recepit, vt det alicui.

138 Testimonium pariter non faciunt contra Iudicem condemnati ab eo.

139 Carcerati qui fuerunt ab ipso.

140 Suspecti de odio, vel persecutione, vel vindicta.

141 Qui petitionem porrexit contra eum.

142 Qui aliquam dolent iniuriam.

143 Lusores.

144 Infames sine tortura.

145 Falsus in vno qui præsumitur falsus in reliquis.

146 Testes, cum Officiali lite contestata, non repetiti non probant.

147 Probatio non suppletur inhabilium testium numero.

148 Dubia dicta testium quomodo interpretanda.

149 Dubia dicta testium declarantur responsione Rei.

150 Confiteri nil dicitur, qui nil iniustè recepisse respondet.

151 Tempus est, & locus de substantia depositionis inquisitionis, & denunciæ, vt falsitas sit probabilis.

152 *Testis tenetur locum, & tempus declarare ad instantiam officialis contrarium probare volentis.*

153 *Extraiudiciale dictum alicuius, vel confessio non probatur vnico teste, sed duobus de loco, & tempore contestibus.*

154 *Indicium remotum non nisi probatur duobus testibus.*

155 *Testes ad probandum aliquod extraiudiciale dictum, debent esse omni exceptione maiores.*

156 *Confessio extraiudicialis ad hoc, vt ad indicium sufficiat non debet esse informis, incerta, vel vaga, sed talis, quæ delictum necessario, & vniuocè concludat.*

157 *Interpretatio in dubio fit illiciti exclusiua.*

158 *Confessio non verisimilium nil probat, vel non verisimili.*

159 *Probatio omnis prosternitur, cui inuerisimilitudo aduersatur.*

160 *Amicitia, vel loquela subditi cum inimico principis sui non est punibilis, nec de iure prohibitorum, nisi probetur quod tendat ad praiuditium Principis.*

161 *Mali etiam speciem solam esse cauendam.*

162 *Absolutus tamquam innocens non potest amplius ex superuenientibus inditijs inquiri, etiam quod debuisset absolui solum quia non probatum erat.*

163 *Inditium nouum quod esse, vel non esse dicatur.*

164 *Inditij veteris noua probatio non admittitur etiam contra absolutum, quia non erat probatum.*

166 *Fisco qui citra alicuius iniuriam prodest laudandus est.*

168 *Indemnitati Officialis absoluti obnoxij sunt Iudices Assessores, Ministri, & Defetentes, & seqq.*

170 *Assessoris consilio præsumuntur omnia facta, nisi contradicat, & seqq.*

ARGVMENTVM.

Tractatus de Sindicatu, mercede Officialium, salario, & sportulis, studijs, laboribus, consiliis, & officiis Assessorum. De eorum defensionibus. Et testibus contra eos non admittendis.
De crimine Baratariæ, & Repetundarum.
De ratione interpretandæ reformationis.
De Extensione prohibita in pœnalibus, & correctoriis.
Qualem probationem requirat extraiudiciale dictum, vel confessio.
De semel absoluto quando, & quibus inditiis iterum eadem repetatur inquisitio.



CONSI-

CONSILIVM PRIMVM.

IVDICA ME DEVS, ET DISCERNE Causam meam.



MNIS ferè in Sindica-
tu Officialis defensio ista
rum Iuris sanctionum
veritate concluditur ita,
vt qui quamlibet imputa
tionem alterutra sanctio
ne valet euitare; in abso-
lutione versetur, & contra suæ indemni-
tati obnoxios actione vtatur.
Prima est, quòd Iudici, & multo magis As-
sessori, maximè etiam non habenti sala-
1 rium de publico † debetur merces, & sa-
larium pro laboribus, studiis, & consiliis,
quæ facit in causis c. statutum, §. Assesso-
rem vbi glo. in verbo competenti salario
de rescrip. in 6. lib. 1. C. de off. Assess.
& l. diem functo, ff. eo. gl. in c. cum ab
omni in fin. de ui. & honest. Cler. Nauar.
in comm. de datis, & promissis pro iust.
obtin. notab. 11. nu. 26. Menoch. tract.
de Arbitr. Iud. casu 342. nu. 40. & in fin.
Couat. in comm. ad regulam peccatum,
§. 3. num. 2. Rol. a Valle, consil. 87.
num. 3. lib. 2. Caball. ad constitr. Egid.
lib. 2. cap. 31. numero 2. Viu. decis.
113. Foler. ad constit. Regni incip. Ad
hoc volentes numero 2. Spec. in tit. de
assess. §. salarium, & in tit. de Salar. §.
dicturi numero 10. in fi. & numero 14.
Idem Menoch. casu 254. Francus in d.
c. statutum. §. Assessorem in fi. Pute.
tract. de Sindic. in verbo Assessor cap. 1.
numero 23. Affl. ad constit. Regni in-
cip. Capitaneum lib. primo sub numero
32. Bal. in consil. 353. sub. num. 2. lib.
5. Idem Affl. in costit. incip. vt vniuersis
num. 45. Anibal Montet. in comm. ad
statu. Bonon. tit. de confiden. & suspec.
in verbo salarium, & in tit. seq. in verbo
Iudicibus.
2 Sicuti & de Consultore † dicitur (asses-
3 soris enim † officium est consulere, Dec.
consil. 8. num. 2.) glo. & Fran. in d.
§. assessorem in fi. Menoch. casu 228.
num. 25. Ioseph. Lud. decis. Perus. 74.
num. 1. & 2. Asin. praxi §. 25. cap. 29.
per totum, Pute. tract. de Sindic. in ver-
bo salarium cap. 4. sub num. 4. Quini-
mo etiam si habeant de publico sala-
rium, debetur eis nihilominus vltra il-
4 lud pro extra ordinariis laboribus † mer-
ces Bertaz. consil. 180. num. 4. Pute. de
Sindic. verbo salarium, numero 1. Boni
enim sunt præmiandi, Bal. consil. 194.
num. 2. ad fin. vbi in specie nostra lib. 2.
Alex. Raud. consil. 49. & consil. 50. nu.
443. & 570. numero 114. lib. 1. Foler.
ad d. const. ad. hoc, numero 4. Et præ-
5 miis † inuitandus est assessor d. l. C. de
off. assess. glo. fin. d. cap. cum ab om-
ni.
6 Dignusque est † mercenarius mercede
Menoch. cons. 228. nu. 14. lib. 2. Deut.
14. Leuit. 24. & 13. q. 5. c. 1
In cuius mercedis, & salarij rationem, ne-
dum ex allegatis, consilia veniunt, quæ
7 etiã † iusta vendi possunt glo. in d. §. as-
sessorem in verbo competenti; sed & stu
dia Affl. ad dict. constitut. Regni incip.
Capitaneum sub num. 32. processusque
8 & scripturarum † examen. Folet. ad d.
constitut. incip. Ad hoc volentes nume-
9 ro 3. Mediatoris † officium, quod vel in-
ter Præsidem, vel Cameram, & subdi-
tum facit, vel inter partes ipsas contro-
uertentes toto tit. de proxen. Raud. d.
consilio 50. numero 293. 548. 562.
564. 584. & seqq. vsque ad nu. 588.
& num. 625. & 673. Imò, & illius hu-
10 manitatis meritum, quod † partes li-

benter excipiendo, docendo, monendo, & referendo præsidi, atque eum sollicitando, memoremque faciendo contrahir, Nauar. in d. comment. de datis, & promissis pro iust. num. 51. & 53. Et ran
11 dem pro omni † labore, glo. fi. in d. c. cum ab omni, Affl. & Foler. Couar. Menoch. & alij in locis allegatis, etiam si
12 pluribus Iudex, vel Assessor vtatur † officiis, prout Iudicis, consultoris, taxatoris, mediatoris, & similium, Raud. d. cōs. 50. nu. 564. 579. & 584. & seqq. Cui
13 labori † debet merces, seu salarium commensurari arg. l. scio, ff. de ann. leg. Bar. Alex. & alij d. l. diem functo relati per Raud. d. cons. 50. num. 481. Ita vt recipiat diminutionem vel augmentum, pro-
14 ut labor crescit † vel decrescit, Surd. cōs. 66. num. 6. lib. 1. Bertaz. cons. 81. nu. 13. Menoch. de arbit. casu 223. Raud. d. cōs. 50. num. 476. Hisq; vnum notabile addit Surd. cons. 42. nu. 2. Quòd imò non debet salarium Assessoris proportionari ad laborem tantum, cum etiam in eo scien-
15 tiæ probitatis, & intellectus ratio † habeatur. Et ideò illud verius honorarium appellari post Rip. & Ceph. tradit ibi. Idem Surd. cui addo Costam tract. Ratæ quest. 86. nu. 5

Secunda conclusio est, quòd præmium, seu salarium prędictum licitè vsq; ad concurrentem ipsius mercedis quantitatem pe-
16 titur, & † recipitur etiam ante ipsius sententiæ calculum, nec intra summam prædictam recipiens dicitur crimen baratariæ cōmittere Spec. tit. de salar. §. 1. vers. pen. nota §. dicturi num. 14. Cors. sing. 297. in fi. Salic. in l. iubemus C. ad l. iul. repet. Pute. de sind. verbo corruptio cap. 3. nu. 3. Monter. ad stat. Bon tit. de confidē. & suspectis in verbo depositum Decia. tract. crim. lib. 8. c. 35. nu. 46. Farin. praxi sua crim. q. 111. art. 8. n. 230. Viu. d. decis. 113. n. 1. Menoch. in add. ad casum 342. nu. 3. Pesettus cons. 182. pro tollendis nu. 1. Menoch. d. casu 342. nu. 40. Bal. consi. 297. nu. 1. lib. 5. Decia. d. cap. 40. num. 2.
17 Et etiam ante † consilium editum, Luc. de Penna in l. 12. nu. 9. C. de prox. sac. scrin. lib. 12. gl. in d. c. statutum, §. assessorem in verbo competenti salario Berraz. cons. 81. n. 5. Viu. decis. 113. n. 8. Mascar. tract. prob. concl. 164. nu. 11. Farin. d. q. 111. art. 10. nu. 241. Put. tract. sind. verbo corruptio cap. 3. nu. 3. Rationem vnā adducit Monter. vbi supra, quia ante li-
18 benter post † partes difficilius soluunt: & ante promittunt maria, & montes, sed fine consecuto, decipiunt. Raud. cons. 49. num. 87. & cons. 50. nu. 317. lib. 1. & nu. 667.
19 Sunt. n. sportulæ, quæ ēr † debent offerri Lucas de penna in l. 12. nu. 28. c. de prox. sac. scrin. lib. 12. & dicitur sibi insidiare,
20 qui cum † potest, lucrum recipere, recusat Raud. d. cons. 50. nu. 505. Multò magis aūt cum Officialis, & Assessoris reco-
21 ptum ualor † sententię vtrumq; comprehendit, in quo per singula capita peritionis ratio habetur Rol. a Valle cons. 87. num. 5. lib. 2. Surd. cons. 66. num. 10. lib.
22 1. cum tot etiam † sententiæ dicantur Raud. d. cons. 50. num. 528. Prædictaq;
23 omnia etiam partibus concordatis † sunt æquè seruanda, Ias. in §. tripli. nu. 58. Inst. de actio Costa tract. Ratæ, q. 58. nu. 2. & quæst. 86. in fine.

Tertia est conclusio, quod Assessoris merces seu salarium, cum Assessore indiget Præses, qui per se non satis sit muneri sufficere, debet non a Iudice de suo
24 solui, sed † a partibus prouideri tex. est expressus in dict. cap. statutum, §. assessorem, Bar. in l. si postulauerit in fin. ptin. ff. ad l. Iul. de adul. Alber. de Ros. in l. sed & loci §. in iudicio argu. illius tex. ff. fam. hercis. cum qua videtur transire Monter. ad staturum Bon. tit. de confiden. & suspec. in verbo consilio.

Quarta conclusio est, quòd cum non sit Assessorum merces, & salarium legibus, nec staturis diffinitum, illud causæ, qualitate, dantis persona, recipientis excellen-
25 tia, & dignitate inspecta † debeat arbitrari gl. in d. §. assessorem verbo competenti salario l. 1. §. in honorariis vbi gl. in verbo honor. ff. de var. & extraord. cognit.

Imò

Imò & mole negociorum inspecta mercede carentium, Menoch. consil. 228. num. 48. & 49. lib. 2. Et in prædicta taxatione omnino consuetudinis obserua-
26 tio † retinetur gl. in d. §. assessorem Bertaz consil. 71. num. 8. & 21. & cons. 81. num. 2. & 5. cum add. & cons. 180. nu. 7. Couar. de reg. peccatum §. 3. num. 2. Menoch. d. casu. 342. in fine, Rol. dict. consil. 87. nu. 3. constit. Egid. lib. 2. cap. 31. nu. 2. Raud. d. consil. 49. num. 105. Qui nu. 113. subdit, Ideò etiam mune-
27 ra in pecuniis consueta † recipi posse, sub
28 quo consuetudinis † beneficio censetur assessor conductus Bertaz consil. 71. nu. 202. & consil. 81. num. 5. cum add. & cons. 180. nu. 2. vbi de consuetudine attendenda solius etiam vltimi prædecessoris, Puteus tract. de sind. verbo salatium cap. 6. num. 16. Surd. consil. 42. num. 13. Quinimò etiam, quod legibus consuetudo repugnaret Assessorem, vel Iudicem
29 nihilominus excusare † tradit Farin. dic. quæst. 111. art. 8. num. 222. Bertaz d. cons. 71. num. 16. Bero. cons. 190. nu. 3. lib. 3. Raud. d. cons. 49. nu. 99. 100. 104. 107. & 125. & quod plus est scribit idem Raud. cons. 49. num. 122. quod & si consuetudines reformatio tollat, debeat nihilominus salariorum consuetudo
30 † seruari, nisi quæ leuia sunt salaria, augeantur. Quæ consuetudo Procurato-
31 rum, & Notari rum fide † probatur, Idem Raud. d. cons. 50. nu. 179.

Vnde ex prædictis inferimus nos quantitatis salarij legem scriptam, vel non scriptam habere, vel non habere, si habemus, illi standum, si non habemus, transgressionis
32 et accusationem † cessare, Quoniam per legem cognitio peccati Apost. ad Rom. 3. & vbi non est lex, ibi nec legis transgressor. Idem Apost. ad Rom. 4. Venerab. Beda, in caput. tertium, quartum, & sextum Pauli ad Rom. Quod ideo etiam videtur de mente Bal. in consil. 297. num. 2.

Hacq; puto ratione traditum, Iudicem non
33 posse † in arbitrariis reprehendi Ioseph. Lud. decis. Lucen. 1. num. 30. Menoch. de arbitr. casu 176. num. 5. Nam tunc solum cum lex deficit, iudicis succedit arbitrium l. 1. vbi Doct. C. de iure deliber. Menoch. in prohem. de arb. iud. & quæst. 11. quod de positiua puto lege intelligen-
34 dum cum † longe plures sint casus, quàm leges l. neq; ff. de legi. Naturalis enim
35 nunquàm deficit, quæ est scripta † in cordibus nostris, Apost. ad Rom. 2. & qua
36 † debet Iudex, scriptæ defectu, arbitrando vti l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excus. tuto. Bal. cons. 177. in Ecclesia col. 2. lib. 1. late per Menoch. de arbit. quæst. 13.

Quinta est conclusio, post latam sententiã, seu post iudicium aliter conclusum, (si tamen nulla præcessit illicita promissio;
37 Quæ autem † illa sit docet Nau. in cõm. de datis, & prom. pro iust. obtin. nota. 11.
38 num. 20. & 21. Vbi quod promissio † gratitudinis non est transgressio, eo minus Iudice silentio non exprimente consensum Raud. d. cons. 50. nu. 312. & 360.) etiam vltra congruens salarium indifferenter re-
39 cipi † posse, tuncq; baratariæ crimen cessare, quo etiam corruptionis occasio cessat Aneh. cons. 271. nu. 9. Menoch. d. casu 342. nu. 39. Mascar. tract. probat. cõclus. 164. nu. 14. & concl. 166. num. 8. Bertaz cons. 71. num. 32. & ibi add. in lit. b Farin. d. q. 111. art. 8. num. 220. Baiard. in add. ad Clar. quæst. 73. num. 29. Idem Menoch. de Arbitr. cẽt. 6. casu 517 nu. 8. Alex. Raud. tract. de anal. cap. 31. num. 35. & cons. 49. num. 85. & cons. 50. num. 433. 483. & 667. Quod & in foro conscientiæ receptum dicit Nauar. in d. Comm. de datis, & prom. not. 17. num. 31. vers. sed iis. Tunc enim datur ipsi potius vt amico quàm vti Iudici, q;
40 † nullo iure prohibetur. Bertaz. d. consil. 71. num. 30. & ibi add. in lit. Mascar. de prob. concl. 164. num. 12. Farin. d. art. 10. num. 243. & seqq. Raud. d. cons. 49. nu. 117. & d. cons. 50. nu. 443. Amede. de sind. num. 269. Ioseph. Lud. concl. 70. illat. 202. & tunc solum Barataratiæ cri-
41 men committitur, quando † corruptionis pendet periculum, Bertaz. cons. 71. num. 6. & 7. Raud. d. cons. 50. num. 591,

42 Idq; etiam colligitur ex mente † statuen-
tium in crim. cap. 89. & 90. qui de corru-
ptione ad aliquid de futuro obtinendum
loquuntur, vt in casu eiusdem statuti Pa-
piæ sic tempora distinguit Menoch. d. ca-
su 342. nu. 39. Idq; legitur etiam capitu-
lis anni 1596. ab excelsis Communitati-
bus decretis, esse diffinitũ, vt Iudicio fini-
to, nulla illicita præcedente promissione,
Iudex vltra salarium recipere non prohi-
beatur, quibus iuri communi, statuto, &
capitulis etiam reformatio debet confor-
miter interpretari, ex his, quæ infra alle-
gabuntur in nona conclusione.
Sexta est conclusio, quod neq; in salarijs de-
finitis, quæ debentur Iudicibus, quibus ser
uiunt Assessores, potest ipsis ante iudiciũ
finitum aliquid plus salario recipientibus,
leuis transgressio imputari; quoniam de
43 leuibus, & † minutijs nemo sindicatur,
Bal. in l. ne quicquam §. proficisci q. 35.
ff. de off. procons. Tiracq. tract. de rebus
exig. num. 13. Caball. ad constit. Egidia.
lib. 2. cap. 46. in princ. nu. 2. Alex. Raud.
cons. 50. nu. 76. & 524. lib. 1. vbi dicit vi
ginti aureos non esse habendos in consi-
deratione. Sed hoc ego arbitrarium iu-
dicibus Sindicatoribus relinquo cum Me
noch. de arbitr. casu 88. nu. 51. & alibi,
Conclusionem tamen firmant etiam latè
tradita per Ias. in l. sciendum num. 8. &
seqq. ff. qui sat. cog. Grau. cons. 46. num.
12. & cons. 182. num. 16. Hier. Manilim
repet. l. quoties num. 485. & seqq. C. de
rei vindic. & enumerata per Tiracq. in
tract. de iud. in rebus exig. Quinimò re-
ferr Raud. d. cons. 50. nu. 685. Officiales
44 semper fuisse † ratione munerum absolu-
tos, dummodo absuerit dolus, & barata-
ria: Multò magis debet ille absolui, qui
propter multa seruitia, quibus in varijs
45 † functionibus fideliter inseruiuit Rei-
publicæ, commendatur Cassan. tract. glo
riæ mundi in gl. mundi par. 6. consid. fin.
Leoninus consi. 57. sub. num. 30. & pro
quo etiam postulát animi dotes, quarum
46 † publicus vsus ad inimicitias, amicitias
conuertit, vt admonebat Dionisius Cas-
sius lib. 79. hist. Rom. & Greg. Tholos. in
comm. 4. Sintax. artis mirab. fol. 154.
Quorum ideo Officialium Leoninus mi-
seriam deplorat d. cons. 57. sub. num. 4.
47 his verbis. Cum † nihil tam malignantiũ
capax sit, quam magistratus, (cum id,
quod agitur, omnes videant consilium
verò rationem, finem; atq; rei destinatũ
exitum pauci intelligunt) ipsius Reipu-
blicę interest diligenter prouidere, ne hu-
iusmodi viri boni in aperto, & oculis ho-
minum degentes, maleuolorum insidijs
circumueniantur, aut ex sinistra suspicio-
ne, criminis labe aspergantur, aut ad nota-
bile facultatum suarum damnum prola-
boribus Reipublicæ impensis ex improui
so vrgeantur: hæc ille: Quam fonctionis,
& difficultatem, & periculum prospiciẽs
Themistocles Neoclis filius dicebat: Si
mihi ostenderitis duas vias, quarum vna
ad infernum, altera ad Tribunal duceret,
multò libentius illam ingrederer, quæ re-
cta tendit ad infernum. Non ignorabat
enim vir sapientissimus, quantæ curæ,
molestiæ, & vexationes circumueniant
eos, qui in Magistratu constituti omnibus
expositi esse coguntur, Ælia. lib. 6. var.
hist. Antigones Rex cum Regium sibi tra
ditum accepisset diadema, dixisse fertur.
O nobilem magis, quàm felicem pannũ,
quem si quis cognoscat, quàm multis sol-
licitudinibus, periculis, & miserijs sit re-
fertus, ne humi quidem iacentem tollere
vellet. Val. Max. lib. 7. c. 2. var. histor.
& ob eas form. 76. Innocentij Tertij ad
hoc singularis est lectio in c. qualiter, & V.
quando secundo eiũ de accus. quam liben
ter referimus: licet autem hoc sit obser-
uandum in subditis, diligentiùs obseruan
dum est in Prælatis, qui quasi signũ sunt
ad sagittam, & quia non possunt omni-
bus complacere, cum ex officio suo te-
neantur non solum arguere, sed increpa-
re, suspendere, & ligare, odium multo-
rum incurrunt, & patiuntur insidias. Et
ideo, subdit, sancti Patres prouidè statue-
48 runt, vt accusatio † Prælatorum non faci-
lè admittatur, ne concussis columnis cor-
ruat ædificium, nisi diligens adhibeatur
cautela, per quam non falsæ solum, sed
etiam

etiam malignę criminationi ianua clauda tur, hactenus Pontifex. Adde Neuiz. conf. 76. nu. 7. & quæ infra scripsi vers. fuitq; summæ. Quid autem Leoninus Themistocles Antigonus, Innocentius, Neuizanus, & alij dixissent nostræ conditionis expertes, ignoro aliqua, non præ tereunda lector in Epistola libri Primi Cõsiliorum in eorum dedicatoria videbit Nos maiora sustinemus, quæ etiam hic producit vulgare discrimen, quod lippos non latet neque tonsores: Et quod etiam futuris sæculis (proh dolor) nostrum cõsignabit, sermonē hunc me magis, quàm voluntas, ius relinquere cogit: Dei consolatio Lucæ 21. & Psal. 54. non parum lenit dolorem.

Septima est conclusio, nec palàm, & bona fide receptum saltem pro iusta sententia
49 ad † Sindicatorum inquisitionem pertinere, cum crimen hoc corruptionis, & barattariæ dolum omnino requirat, vel omnino saltem culpam proximam dolo. Alex. Raud. conf. 49. nu. 82. & conf. 50. num. 316. & 434. & 559. Berτaz. conf. 71. nu. 23. & 59. & conf. 81. num. 6. & 29. & conf. 180. nu. 14. Soc. reg. 37. Baiard. ad d. q. 73. num. 26. Farin. d. artic. 8. nu. 220. Mascar. tract. prob. concl. 164. nu. 26. Statutaq; nostra si bene intueantur, [illegible] damnum nulli inferatur, videntur receptionem saltem conniuendo, permittere. Vtrunque enim statutum 89
50 & 90. damnum † præsupponit illatum, quod iubet restitui. Cum autem lex ali-
51 quid † præsupponit, debet illud adesse, glo. in l. mancipia C. de seru. fugit. Bec. conf. 62. nu. 5. Conuenitq; statutum nostrum sic intellectum cum Vrbis Romæ
52 † & totius Italiæ obseruantia, de qua per Vitiuum d. decis. 113. nu. 14. Raud. cõs. 49. num. 116. Ioseph. Lud. comm. cõcl. cap. 38. illat. 102. vbi dicit malè facere, qui tales molestant.

Octaua est conclusio, crimen hoc etiam formiter receptione commissum re integra
53 † restitutioni purgari. Boer. decis. 153. num. 36. Menoch. d. casu 342. num. 32.
54 Et licet pœnitentiam non † admittere videatur communiter receptum, vt per Puteum tract. de sind. in prin. num. 67. Baiard. in addit. ad Clarum dic. quæst. 73. nu. 22. Nihilominus cum pœnitentiæ ad-
55 ditur recepti restitutio limitatur † dicta communis traditio, vt per Boer vbi supra & per Menoch. cum quibus videtur, & Baiard. transire, quæ tamen restitu-
56 tio est facienda † parti Bal. conf. 394. nu. 3. lib. 2. Baiard. ad Clarum d. q. 73. nu. 23.

Nona est conclusio, de Officialibus corruptis siue committentibus barattariam, reformationem in capitulis 12. & 17. nil disposuisse, ipsos omnino silentio præteritos, a quibus, quomodo, & de quibus debeant sindicari, statutorum dispositioni,
57 † & obseruationi reliquisse, & statutis prioribus, esse standum arg. l. aurelia, §. qui filias ff. de adim. lega. Natta in consil. 484. nu. 13. & conf. 527. num. 12. per tex. in lege iurisgentium §. adeo ibi si potest ff. de pact. sicuti in casibus omissis a
58 statuto † statur iuri communi l. sancimus C. de testa. l. præcipimus C. de appell. Doc. in l. si cum dotem ff. sol. mat. Regulare enim est, nisi sit expressum, nunquam per sequentem dispositionem priori cen-
59 seri † derogatum d. l. sancimus, & d. l. præcipimus, Bar. conf. 72. ex facto col. 3. vers. sed posito Dec. conf. 97. num. 5. Et in terminis reformationis, & statutorum, quòd, quàm possibile sit, debeat statutorum correctio reformationis interpretatione euitari, a quibus non sit receden-
60 dum, nisi † quatenus verbis expressis reformatio corrigat, consuluerunt Dec. conf. 3. num. 7. & conf. 358. nu. 3. vers. secundo videndum Paris. conf. 56. num. 24. & seq. lib. 2. Decia. conf. 46. num. 16. lib. 3. Bec. conf. 1. num. 13. Multò minus censeri debent capitula prædicta reformationis 13. & 17. de officialibus idem, quod de subditis litigantibus expressit, tacuè disposuisse, Quia vltra quod interpretandæ reformationis communi regulæ, & traditioni aduersatur, ex supradictis, incõuenientia, iuris correctionis, absurda, & præiudicia multiplicarentur, augereturq; iniquitas,

iniquitas, & odium, quæ omnia tamen
61 debent † euitari, excludi, & minui c. odia de reg. iur. in 6. l. scire eum oportet §. aliud ff. de excus. tut. & latè de omnibus Paris. probat cons. 47. num. 79. vsq; in finem lib. tertij.

Primum enim illud esset inconueniens, absurdum, odiosum, & iniquum, quod in correctoriis, & pœnalibus fieret extensio de persona ad personam iure penitus improbata, etiam ex identitate, & maioritate rationis, quæ aliunde procedat, quàm
62 a vi regulæ, cui † licet de reg. iur. in 6. patet doctr. Bart. in l. si constante num. 43. ff. sol. matr. Euer. in loco a ratio. legis, col. 7. in fi. ver. secundo casu Ias. in l. si quis id quod num. 17. de iur. om. Iud. & in l. fin. num. 5. de in ius voc. & in l. de quibus num. 14. de legi. & in auth. quas actiones num. 2. 21. & 22. C. de sac. Eccl. Bened. Capra in reg. 90. num. 113. Ioann. Picus thesau. comm. opi. in verbo extẽsio. Emanuel Suarez in thesau comm. opin. num. 237. Arius Pin. in l. 1. par. prima, nu. 68. C. de bo. mat. Viu. lib. p. opin. 107. Buc. in reg. 286. Marsil. consil. 13. num. 36. Alex. consi. 113. Viso Instrum. col. fin. lib. 2. Ceph. cons. 72. col. 7. in fine vers. nec ob alia ratio Bal. Ripa, in l. si constante num. 66. sol. matr. Vbi etiam si ratio sit scripta, quod nihilominus nõ fiat ex ea extensio
63 in penalibus, † & correctoriis simul gl. & Doc. in d. auth. quas actiones, & in d. l. præcipimus gl. not. in clem. vt hic qui in vers. Cathedralibus in fi. off. de æta. & qual. Gemi. in c. 1. col. 4. in fin. de temp. ordin. in 6. Imol. in l. si vero §. de uiro, col. 10. vers. secundo casu. ff. sol. matr. & in c l. 1. nu. 37. de elect. Anch. in c. 1. all. Abb. in c. vna num. 4 ex de sent. excom. Bertach. post Bal. in repert. verbo extensio num. 20. Dec. in l. non debet num. 4. de reg. iur. Franc. Veg. cons. 2. num. 71. vsq; in fi. vbi probat in correctoriis, & pœnalibus simul nunquam extensionem fieri etiam ex maioritate rationis, etiam si persona nõ expressa verbo largè sumpto
64 cõprehẽderetur Multò minus † ad iurisdictionẽ inferioris extendendam Raud. d. cons. 50. num. 303. & seq. Officialis
65 enim sola iurisdictione vtitur † statutis expressa. Dec. cons. 8. num. 1. vers. secundo Bal. in auth. cassa col. 1. C. de sacros. Eccl. & in auth. statuimus col. 2. C. de Episc. & Cler. Dec. cons. 5. col. 1. & cons. 8. col. 1. & cons. 301. col. 3. & l. 1. num. 9. de reg. iur. Quæ veritas in concl. decima, solutione contrariorum latius confirmabitur.

Secundum, quia illa auctoritas, quam om-
66 nia iura † abhorrent, quod idem Iudex, & Magistratus sit in causa propria l. 1. ff. ne quis in sua cau. l. quisquis C. de postul. Bart. in quæst. 14. nu. 2. Soc. reg. 21. Iudex in causa Oldra. cons. 303. num. 5. vbi cæteris melius scribit ampliaretur ad alias personas, & maiores expressis, caperetur q; interpretatio, qua, quod est ini-
67 quum, magis augeatur, contra † omnem interpretandi rationem de qua per Rom. cons. 62. num. 4. vers. non enim, & cons. 16. num. 3. Nec quin idem rectè dicatur Iudex, & pars, est hæsitandum, cum idem
68 † sit qui probat, & cui probatur Bar. in d. q. 14. sub nu. 2.

Tertium, quia censeretur de eis personis sub audito intellectu dispositum, in quibus pœnæ non concurrunt, vt in ciuili amissio causæ, in criminali prioris delicti vendicatio, quæ in Officialibus nequeunt cõcurrere. Quo casu statutum non in talibus habere locum, in quibus nequit pœna-
69 rum habilitas † inueniri, probat Signor. de Homod. cons. 239. num. 5. Rota Luc. Valler. Relatore, decis. 84. col. 2. sub vers. absoluimus post Dec. in l. 1. num. 25. C. de eden. Rui. cons. 83. in fine lib. 5. ex his sequens etiam magis defendetur conclusio.

Decima ergo est conclusio, pœnam Iudicis vel cuiuslibet Officialis, qui baratariæ, vel legis Iuliæ repetundarum Reus inue-
70 niatur Fisco † applicari gl. in l. 2. vers. & hoc ff. ad l. Iuliam repet. gl. in l. 1. vers. nisi turpiter, & ibi Sali. nu. 6. C. eo. Bos. tit. de off. corrupto sub nu. 7. Decia. tract. crim. lib. 8. cap. 39. nu. 22. Gramm. Voto 25. num. 7. per auth. sed nouo iure C. de

pœna

pœna iud. qui malè iudi. Parif. de Puteo
tract. de findi. in princ. nu. 170. quod ex-
pressum legimus statutis criminalibus
89. & 90. Imò, & ipsa reformatione
repetitum, verbis, mente, & ratione in
præfatione ibi, *per il profitto della Camera*
Dominic. in cap. 7. ibi, *farne conto alla Ca-*
mera Dominicale, in cap. 10. ibi *sia tenuto*
auanti il Conseglio render il conto, in cap.
12. ibi, *applicate*, & per totum, & in ca.
33. ibi, *& le condannationi siano applicate*
alla C. D. Quorum omnium capitulorũ
combinatione, & argumento nobis Rei-
publicæ clara aperitur voluntas, quod in
71 casibus † & personis dumtaxat expressis
videlicet subditis, dantibus, vel offerenti
bus tantum officialis pœnam retineat.
Reliquorum autem omnium mulctam
Fisco sine exceptione consignet. Hancq;
sine dubio veritatem quilibet intellectus
non infirmi retinebit, qua tot præiudicia
absurda, & statutorum, atq; legum cor-
rectiones euitantur, de quibus in supra-
scripta proxima conclusione. Iura enim
72 sunt iuribus † concordanda c. cum expe-
diat de elec. in 6. Bar. in l. non dubium
num. 8. C. de legi. Illaque interpreta-
73 tio sequenda, qua magis iura † concor-
dantur Paris. cons. 47. num. 76. lib. 3.
qui subdit propterea non esse de perso-
na ad personam, etiam similem expresse,
in qua vigeat eadem ratio, faciendam ex-
tensionem post Bal. Castr. Corn. Deci. &
alios. Multo minus cum sit, & correcto-
ria, & pœnalis ex supra numeratis sub
proxima conclusione vers. primum. Et
cum reformatio sic intellecta illud auge-
ret, quod tam est legibus detestatum, vers.
proxima conclusione scripsi. Secundum;
Imò ipsamet reformatione detestatur in
capitulis prædictis, & præcipuè 12. his
verbis: *Stando che li Officiali sin'hora sono*
stati giudici & parti, & tutti li eccessi, con-
dennationi, & pene sono nel paese delli sud-
diti per la maggior parte sotto pretesto, &
nome di Camera, applicate alla lor borsa
propria. Laonde nacquero, & si rinforzor-
no tutti li disordini, per li quali li sudditi so
no grauati, & oppressi, & alla Camera con-
to debol reso. Et per leuar tali disordini,
& ouuiar alle partialità &c. Vnde patet,
quàm lubricum sit mentem tacitè per ex
tensionem subintelligere verbis tam cla-
ris exeuratam. Et cum denique neque-
74 ant verba † vtriq; generi personarum cõ
uenire l. 4. §. quoties de dam. in fec. l. q̃d
constitutum de mil. test. cum vulg. & vt
supra latius probaui in nona conclusione
vers. tertium. Quibus non obstat, si du-
bitatio hæc excitetur; quod lex noua ali-
quid disponens in vno de duobus purifi-
catis a iure veteri, censeatur etiam per
correctionem idem disponere de altero,
præcipuè cum videatur eadem ratio in
vtroque tollendæ barattariæ militare, &
etiam in pluribus locis reformationis ex-
75 pressa ad latè tradita † de purificatis, &
ratione expressa per gl. & Doc. Canoni-
stas in c. a multis ex̃ de ætat. & qual. or-
din. Bar. in l. 2. num. 4. de leg. 1. Ripa in
l. si constante num. 69. & 70. sol. matr.
Euer. in loco a ratione legis per totum.
Quæ dubitatio corroborari etiam vide-
76 tur a natura correlatiui † dantis, & reci-
pientis de qua per Doc. in l. fin. ff. de ac-
cept. Euer. in in loco a ui correlar. Gab.
Rom. comm. concl. lib. 6. tit. de legi. con-
cl. 3. num. 36. Quia respondetur contra-
ria communiter declarari tunc procede-
re, quando æquiparatio in omnibus, & p
omnia in materia, de qua agitur facta est
a iure veteri, & in vtroque, vel æquipara-
torum, vel correlatiuorum ita eadem ra-
tio concludatur, quod nulla alia sit, quæ
pugnans secus suadeat; Quòd si in ali-
quibus circa materiam, de qua agitur
æquiparentur, in aliquibus non, vel ali-
qua in altero æquiparato, vel correlatiuo
ratio contrarium insinuet, nunquam ad-
77 mittitur extẽsio † vt per Doc. omnes in
d. l. 2. ff. de leg. primo Matth. Matesill.
in trac. extens. a nu. 14. vsq; 18. Alphon.
Vill. tract. eodem cap. de extens. leg. cor
rect. & pœnal. simul sub num. 64. limita-
tur Io. Crott. in l. omnes nu. 178. vers. li-
mitatur ff. de iust. & iure gl. & Doct. in d.
auth. quas actiones, Alex. in l. Gallus §.
quid si tantum num. 13. de lib. & posth.

Bar.

Bar. in d. l. omnes in vlt. oppos. In qui-
bus locis de non æquiparatis per omnia
probatur assumptum; Bar. in d. l. fin. nu.
1. & 2. C. de iud. toll. & ibi reliqui scri-
bentes qui loquuntur de æquiparatis, &
correlatiuis simul, inter quos non fiat ex-
tensio diuersitatis aliqua ratione repu-
gnante; Idem Bar. in auth. qui semel C.
quo.& quan. Iudex vbi loquitur in Acto-
re, & Reo correlatiuis, & adæquatis in l.
properandum C. de iud. Idem habe-
tur apud Butr. in c. fin. col. 34. vers. fallit
secondo ex͂ de cõsuet. Philip. Franc. in d.
cap. 1. num. 5. col. 3. vers. Quod tamen
Francus in c. quod Clerici num. 7. extra
de iure patr.& in c. 1. nu. 13. vers. sed con
clude extra locati & in proem. decret. nu.
20. vbi vult, q; omnino correlatiua, &
prius adęquata se habeant formiter Gab.
Rom. comm. concl. tit de legi. concl. 3.
num. 4. Bal. in l. nemo, C. de sacros. Eccl.
Qui omnes regulam restinguunt in corre
latiuis, quæ nulla rationis differentia di-
stinguantur. Non sufficit enim rationem
illam adesse in altero, nisi sit etiam tanta
Castr. in d. l. fin. in prin. nom. 5. vers. vlti-
mo quærit, de ind. uid. toll. & ibi Ias. nu.
28. vers. 10. facit; licet enim ratio illa in-
ueniatur in altero, si aliam rationem ad-
uersantem alter habeat, extensio prohibe
tur Dom. a S. Gem. in c. constitutio de
elect. in 6. ex mente gl. ibidem. Quod &
longa allegationũ congerie docuit Alph.
Villag. tract. extens. quæst. de extens.
correct. & pœnal. simul a num. 45. vsq;
ad uer. limita quarto, & præcipue ibi d.
num. 45. & sub eo num. vers. Nam & si &
vers. ex quibus Dominicus: Idem con-
tra extensionem a ratione expressa legis;
quod non fiat ex eiusdem scriptæ rationis
identitate ad alterum casum vel personã,
78 cuius aliqua sit propria † ratio repugnans
tradit Euer. in d. loco a ratione legis nu.
26. vers. quarto Paris. cons. 47. nu. 110.
lib. 3. Qui dicit non sufficere, quòd eadẽ
vigeat ratio in casu vel persona ad quam
volumus reformationem extendere, sed
esse necesse quod nulla alia contrarium
suadeat in altero. At plures sunt ratio-
nes, quæ capitula reformationis de liti-
gantibus subditis loquentia suadent ad
Officiales Assessores, & Iudices non esse
extendenda, & quod dispositum est de
ipsis dantibus, & offerentibus, non esse
de Iudicibus, quibus datur, vel offertur
intelligendum. Prima, quia ipsi propriũ
habent sindicatus magistrarum, Commis
sarios, seu Sindicatores, quorum loco
dicta reformatione Dyeta subrogatur,
cui Tribunali per eam extensionem cen-
seretur, vel aliud additum, vel illud subla
tum; atque aliis capitulis statuti, & refor-
mationis derogatum de Sindicatu loquẽ
tibus; necnon consuetudini, quam ante,
& post reformationem vtrumq; tempus
semper retinuit. Quæ Interpretatio ab-
surdis abundat, & omni verisimilitudine
79 caret. Et † ideo vitanda. Bal. l. 1. sub num.
9. C. de seru. fugi. Euer. in loco a verif. si
80 sicut, & quia † correctiones multiplicat,
Ripa in d. l. si constante num. 57. & 58.
& 88. Menoch. tract. de arbitr. cent. 6.
81 casu 517. num. 20. & plura singularia †
circa idem coniungit l. fin. C. de datis
prom. In eademq; reformatione tandem
82 † repugnantiam inducit Silua cons. 94.
num. 13. & par pari pareret, imò sæpè
minori maior subiiceretur, cui in poten-
tiores imperandi ius deficeret, & quotũ
esset deterior conditio pluribus, quàm
subditi, & litigantes, Tribunalibus obno-
xij. Et quos Domini superiores in colla-
tione officij suæ ditioni, inferioribus ex-
clusis, fideiussione reseruant, sub qua & re
liqui intelliguntur, qui ministrant, quos
83 saltem † præsentare tenetur Pur. de sind.
in verbo familiæ cap. 5. nu. 1. Qui etiam
inferioris potestatem contemnerent, pro-
ut de vnico famulo, qui nulli sententiæ
paret, nullis decretis, nullo timore mode
ratur, quotidie experientia docemur: Ita
ut quod Inductum esset, in augumentum
84 diminutionem operaretur † contra reg.
l. si mãcipia circa princ. ff. de fund. instru.
Bec. cons. 111.

Secunda ratio est, quæ contra extensionem
rationi extensionis aduersatur, est, & quæ
obstat omni extensioni etiam ad correla-

tiuum,

tiuum, & adæquatum, quia dispoſita in
dictis capitulis 12. & 17. reformationis,
quæ de litigantibus loquuntur, nequeunt
85 Iudicibus, & † Officialibus æquè propor
tionari, quia ad eos non pertinent iura-
menta in conteſtatione litis, & ſubſcrip-
tione Fiſcali, nec iuris, vel cauſæ amiſſio,
vel prioris inquiſitionis repetitio. Nec
quo ad quid tantum debet proportio at-
86 tendi, cum vna, & eadem res † nequeat
diuerſo iure cenſeri l. eum qui C. loca.
Cum ergo non poſſit vtriq; extremo pro
87 portionaliter æquè conuenire, omnis †
extenſionis eſt ſermo inanis Gab. Rom.
comm. concl. tit. de legi. concl. 3. num. 53
additis etiam, quæ ſupra ſcripſi verſ. &
cum deniq; Et ideo improbata ex ſupra-
ſcriptis extenſione ſequitur ex hactenus
allegatis in hac decima concluſione, &
nona, mulctam Iudicis (in ciuili enim
cauſa bataratię crimen ſola mulcta, in cri
88 minali vero † vſq; ad relegationem arbi
trariè vindicatur Farin. d. art. 8. nu. 166.
Gramm. d. conſil. 35. num. 57. & de ciui
li, etiam ipſa reformatione probatur, quæ
89 de ſola mulcta verba faciens aliam † pœ-
nam excluſit Baiar. in add. ad d. q. 73.
nu. 9. Gram. conſ. 35. num. 56.) ſoli Fiſ-
co deberi, prout legibus, & ſtatutis diſpo-
90 nuntur. Quibus ſtatutis in † dubio ſtan-
dum eſt, potius quam reformationi Bar.
in l. omnes C. de pet. bon. ſubl. lib. 10. &
in l. cum prolatis de re iud. allegatus per
Put. tract. de Sind. in princ. num. 39. &
ex latius traditis ſupra verſic. & in termi-
nis. Multò magis autem cum in hoc, &
reformatio concordet a pluribus capitu-
lis ſup. inducta verſ. Quod expreſsũ legi-
tur. Quibus ſtatutis ſic manentibus fir-
mis (quæ etiam in cap. 127. ciuilium, &
capitulorum vltimo inſertorum in volu-
91 mine ad Illuſtres † ſuperiores Dominos,
vel eorum Commiſſarios volunt ſindica-
turum pertinere) aliud hoc etiam eſt cō-
92 ſequens, ne poſſit inferior Ordinarius †
ſe in ea intromittere Bal. in l. obſeruare,
§. proficiſci, col. 2. quæſt. 1. ff. de off. Pro-
conſ. Ad hocq; faciunt ſuperius tradita
in nona, & decima concluſione præcipuè
ſub verſ. At plures. Idemq; probatur do-
ctrina Carau. ritu magnæ Curiæ 295.
ſub nu. 18. Vbi ex huiuſmodi ſtatuti ver
bis, ſtatuti ſcilicet 127. & capitulorum
vltimi, ſcribit ſuperioribus, ſeu eorum Cō
miſſariis iuriſdictionem ſindicandi priua-
tiuè non cumulatiuè tributam. Quod eſt
a nobis eo magis dicendum, quos hacte-
nus conſuetudo confirmauit, quæ etiam
93 conferendæ iuriſdictionis † vim habet l.
1. C. de emanc. liber. c. cum conſtringat
ex de fo. comp. c. con queſtus 9. quæſt.
3. lib. 1. cum ibi not. per gl. & d. l. fin. C.
de emanc. liber. l. viros vbi Bart. poſt. gl.
C. de diu. off. lib. 12.
Vndecima ex præmiſſis ſubſequitur conclu-
ſio, quòd cum Aſſeſſor recipere etiam an
te conſilium, & ſententiam, quantum ſtu
dio meruit, conſilio, & labore, nullo iure
94 prohibeatur, Fiſco exceſſum aſſerenti †
onus probationis incumbere, vt in ſpecie
conſuluit Silua, conſ. 94. numero 6. verſ.
Quod ſi, & verſ. neq; creditur, Hieron.
Gigas latè tractat. de penſ. quæſt. 9. nu.
9. & ſeq. relatus per Maſcar. de prob.
concl. 696. num. 9. & probatur traditis
per Menoch. de arbitr. lib. 1. caſu 71. ſic
& qui aliquid plus debito ſoluiſſe dicit.
95 probationis † onere grauatur Caſtr. cōſ.
123. num. 1. lib. 2. Ergo multo magis Fi-
96 ſcus, cuius debet eſſe euidentior † proba
tio l. ſciunt cuncti C. de probat. Qui ideò
97 ſi in probatione deficiat, debet † Reus
abſolui vulg. l. qui accuſare C. de eden. &
c. cum Eccleſia in fi. extra de cau. poſs.
& propri. quibus iuribus, & regula vtitur
Bertaz. ad excluſionem Fiſci, & inqui-
rentis in conſ. 81. num. 12. & conſ. 207.
num. 2. lib. 1. Imò magis regula in cri-
minalibus procedit vt per Dec. in d. l. qui
accuſare, num. 13 In ſecunda ampl. Pe-
trus Caleſ. inter conſ. crim. diu. cōſ. 208.
98 num. 10. lib. 1. Quoniam in dubio † iu-
dicamus contra Fiſcum Iaſ. in l. ſi is qui
ad fi. ff. de vſucap. l. non puto, Neuiz.
conſ. 73. num. 11. Et multo magis Offi-
cialium, & Iudicum fauore, pro quibus
99 iura † multùm præſumunt Gram. conſil.
35. nu. 36. Bertaz. conſ. 71. num. 8. conſ.

81. nu.

81. num. 7. & cons. 180. num. 15. lib. 1.
Raud. cons. 49. num. 29. & num. 134.
& cons. 50. num. 244. Silua cons. 94. nu.
6. Franc. Marc. decis. 645. & 685. par.
prima Far. d. q. 111. art. 11. nu. 1. & art.
15. num. 281. Decia. tract. crim. d. cap.
38. num. 5. Cabal. ad constit. Egid. lib. 2.
cap. 40. nu. 3. Ang. dulc. tract. de sind.
impresso post Pute. nu. 25. In ipsis enim
100 † ex pluribus causis licitã in dubio præ-
sumimus Raud. d. cons. 50. num. 287. &
524. Voluntatem bonam, idem nu. 313.
Bonam fidem num. 332. Non male agat
vel minus. Idem cons. 49. num. 134. Bo-
nus animus, Silua cons. 94. num. 6. Tem-
pore licito. Idem Raud. d. cons. 50. nu.
101 660. Taliter † quod criminis probatio
omnino per necesse concludat cons. eo.
num. 351. Surd. cons. 328. allegato. Et
ne dum probatio facti, sed, & probatio iu
ris, cum in dubio censeatur Officialibus
102 permissum, quod † non reperitur, spe-
cialiter iure prohibitum, Raud. eo. cons.
50. num. 409. & 657. & quibus ideo est
103 † in dubio faciendum Bertaz. d. consil.
71. num. 9. Bez. cons. 1. num. 17. & 29.
Raud. d. cons. 49. nu. 113. etiam impro-
priatione verborum, Silua d. cons. 94. nu.
11. Adeò vt ad ipsos in sindicatu con-
uincendos euidentes, apertæ, claræ, & li-
104 quidissimæ † probationes requirantur.
Bal. cons. 353. ad fi. lib. 5. Gram. consil.
35. num. 36. & 37. Pute. tract. de sind. in
princ. nu. 186. August. Dulce d. tract.
num. 24. Raud. d. cons. 49. num. 28. &
34. & cons. 50. num. 586. Bertaz. d. cõs.
71. num. 11. Farin. d. art. 11. num. 264.
Mascar. de prob concl. 165. num. 4. De-
cia. d. cap. 38. num. 1. & seq. Baiard. in
add. ad Clar. d. q. 73. num. 17. Menoch.
de arbitr. casu 116, num. 23. & 24. Ca-
bal. ad constit. Egid. d. lib. 2. c. 40. Io-
seph. Lud. decis. Luc. 3. num. 57. Ita vt
si plenis, & euidentibus probationibus
non conuincatur, non possit (præcipuè si
sit etiam Doctor. Bertaz. d. cons. 71. nu.
105 48.) probatio tortura suppleri † seu p
torturam indicia purgari, sed solo debẽt
purgationis iuramento dimitti Gram. d.
cons. 35. num. 43. 56. & 57. Farin. d.
art. 8. num. 194. Baiard. ad d. q. 73. nu.
18. Raud. d. cons. 49. num. 98. & cons.
50. nu. 717. Et inde est, quod nec vnicus
testis, quamquam idoneus, nec plures
singulares (nam hæc a pari procedunt,
106 quod sint mille singulares † vel vnus
Silua d. cons. 94. num. 5. Raud. d. cons.
107 49. nu. 32. & 57.) quicquam † faciunt
Raud. ibi num. 33. & 47. & 52. & cons.
50. nu. 520. & 524. Silua ibidem Bertaz.
d. cons. 81. nu. 11. & 13. Bal. d. cons. 353.
num. 3. Surd. cons. 328. num. 20. Et vi-
de Viuium decis. 113. num. 4. & Menoc.
cent. 6. casu 517. in fi. qui dicere viden-
tur tres sufficere singulares, in crimine ba
ratariæ. Nec statuto fieri potest, quod
108 vnico plenè † credatur ad alicuius præ
iudicium, præcipuè in criminalibus, vt
singulariter per Farin. tract. de test. quæst.
63. num. 8. vbi de veritate, & magis cõ-
muni, multò minus vnico alias inhabili,
109 nisi contra Fiscum † producentem Rei
fauore loquatur. Bertaz. d. cons. 71. nu.
15. & d. cons. 81. num. 30. præcipuè si
pars ipsa sit exonerans, cuius confessione
110 † etiam negatiua probatur, Raud. d.
cons. 50. num. 85. Multo magis debet
contra eos fieri plena, quorum in publico
111 semper † patuit exhibitio, quæ suspicio-
nem dissoluit Raud. d. cons. 49. nu. 135.
fortius si aliquos corrumpentes recusasse
112 probabit, qui & alios reiicisse † præsu-
meretur, Raud. d. cons. 50. num. 622. &
113 seq. Vel si mundas manus † habuisse
pro eo fama postularet, vt ibidem Raud.
num. 123. Farin. d. art. 11. num. 262.
Gram. d. cons. 35. num. 49. Imò pro bo-
114 na † sufficit cum malam præcessisse non pro
batur Gram. d. cons. 35. num. 50. Raud.
d. cons. 50. num. 472.
Duodecima ex prædictis infertur conclusio
quod idcirco testes in sindicatu contra Iu
115 dices, & Officiales debent † penitus om
ni exceptione maiores, & quod tales sint,
esse probatum, Bertaz. d. cons. 71. nu. 12.
& d. cons. 81. num. 7. Gram. d. cons. 35.
num. 34. Surd. cons. 328. num. 14.
Raud. d. cons. 49. nu. 35. & d. cons. 50.
num.

num. 311. & 713. Decia. d. cap. 38. nu.
3. Farin. d. art. 11. num. 268. August.
Dulc. d. tract. de sind. nu. 27. Et propte-
rea contra sindicandum isti inter alios,
non probant.
116 Primo inimici † praecipuè ratione offi-
cij, Raud. d. cons. 49. num. 58. & cons.
117 50. num. 1. & num. 325. vbi † nec et
reconciliatione secuta, Crau. cons. 9. nu.
6. Nam mundus constitutus est in mali-
gno, nec hospes ab hospite tutus. Emuli
118 † idem eodem nu. 58. Sunt enim, qui
in eos insidiantur, quorum excluduntur
officio, vel saltem suspicantur excludi;
Aliquos nosco, quibus a Deo retributio
119 paratur. Falliti † vel alieno aere oppressi.
Idem d. cons. 49. nu. 60 & 61. & d. cons.
120 50. num. 363. Crimine † notati, vel spe
rantes impunitatem. Idem cons. 49. nu.
61. & d. cons. 50. num. 1. & 517. faciunt
tradita per Cold. in suo tract. de sind.
121 quaest. 99. Quaerelantes, † & deferentes
Bertaz. d. cons. 71. nu. 25. Raud. dict.
cons. 49. num. 63. Decia. d. cap. 38. nu.
6. qui etiam pluribus decretis testimoniũ
122 dicere prohibentur. Conspirantes † con-
tra eum. Idem Bertaz. ibi num. 18. &
123 idem Raud. ibi num. 63. Grauatos †
se praetendentes. Idem ibi num. 64. &
Bertaz. d. cons. 71. num. 19. Interesse ha
124 bentes † aliquo respectu ibidem consil.
Vrsill. in add. ad decis. Affl. 364. nu. 11.
Criminis dando, offerendo, vel promit-
125 tẽdo participes † seu socij (poena enim
126 † cum crimen est, tenentur eadem Fa-
rin. d. q. 111. art. 7. & 8. num. 139.) Bal.
d. cons. 353. num. 2. lib. 5. Marc. decis.
494. num. 3. part. 2. Put. de sind. verbo
probatio cap. 2. num. 4. versu, & adde
Bertaz. d. cons 81. nu. 11. Decia. d. cap.
38. num. 7. Farin. d. art. 11. num. 275.
Menoch. d. casu 517. num. 25. Gram. d.
cons. 35. num. 29. 49. & sub num. 52.
127 Maximè † sine tortura Bal. d. cons. 353
num. 4. Raud. d. cons. 50. num. 575.
& seq. Gram. d. cons. 35. vbi nec tortus
facit indicium etiam si sint plures nu. 24.
& 25. & propterea nec admittendi sunt
128 Mediatores Putc. in princ. tract. num.
168. & num. 187. vers. sed pone, & d.
cap. 2. num. 2. Bertaz. d. cons. 71. num.
34. & cons. 81. nu. 13. Decia. d. cap. 38.
num. 2. Raud. d. cons. 49. nu. 67. & cons.
50. num. 311. & 322. Farin. d. art. 11.
num. 271. Gram. d. cons. 35. num. 44.
& reliquis confirmatur supra notatis au-
ctoritatibus in proximo verbo Criminis.
Quibus quoad mediatorem non obstat
statutum in crim. cap. 90. ibi: *& si possa
cauar la verità di questo negocio in ogni mo-
do ancor per giuramento d'ogni submissa per
sona.* Quibus verbis videntur Mediato-
res habilitari, quia ad illud statutum duo
129 respondentur. † Primò, quod statutum
130 debet a iure communi † passiuè inter-
pretari Bart. in l. 1. §. lex. falcidia, ff. ad l.
falc. Ias. in auth. praeterea num. 14. C.
vnde uir, & vxor Bec. cons. 12. num. 39.
Surd. decis. 49. num. 12. & decis. 178.
num. 15. & seq. vbi quod debet intelligi
prout intelligit ius commune. Et in con-
cordia cum iure cõmuni est omnino stu-
dendum etiam impropriãdo verba Abb. &
Doc. in c. dilectus extra de consuetu. &
latius scripsi supra in nona conclusione.
Quod ius commune, cum distinguat an
aduersus Officialem ciuiliter, an crimina
liter agatur, vt legitur in singulis locis su-
pra sub dicto verbo Mediatores allegatis,
consequens est etiam debeat statutum in
131 telligi † quod dicta verba ad ciuile
partis interesse referantur, de quo mox
ante statutum locutum est, vbi de damni
restitutione disposuit l. nauta. §. fi. cum
gl. ff. nau. caup. & stab. tex. in c. Ecclesia
nostra & secundo iuncto c. quia propter
de elect. Atet. in l. 3. §. filius circa fi. de
lib. & posth. per gl. quam ibi notat Bart.
in l. talis scriptura de leg. 1. Rui. consil.
127. nu. 6. lib. 2. vbi id dicit. Multò ma-
gis seruandum ad poenam euitandam,
132 quoniam non minus ad euitandam †
poenam, quàm ad euitandam iuris corre-
ctionem fit stricta interpretatio vt colligi
tur ex notatis per Imo. in l. si vero, §. de
viro sol. matr. Respondetur secundo sta-
tutum in omnem casum de eo mediato-
re intelligendum, cui alia quàm ipsa pro-

xenetica

133 xenetica non † obſtat exceptio ſicuti
Raud. declarat d.conſ.49. nu.67.Gram.
d. conſ. 35.num. 27. Quibus communis
regula adſtipulatur, teſtes, etiam vbi veri
tas aliter non poteſt haberi, omnino ex-
134 cludendos, qui plures patiuntur † defe-
ctus, vt in ſpecie iſta probat idem Raud.
ibi num.44.& ibi Gram. num. 34.Et ter-
tiò intelligendum accedente aliũde pro-
bationis ſupplemento, Cum vnicũ ſuffi-
135 cere, præcipuè † inhabilem, nec ſtatu-
to fieri poſſe ſupra probauerim verſ. nec
ſtatuto, Et verbo Dei aduerſatur.
Num. 35.

Mediatores ergo exonerantes etiam ſeipſos
qui quod ab alio receperunt, ſoluiſſe di-
cunt, & qui ipſius recepti ſunt rationibus
136 obnoxij† dicuntur alia, quam ſolius me
diationis, oblationis, promiſſionis, vel pa
cti exceptione laborare. Bertaz. d. conſ.
71.num.29.& conſ. 81. num. 11. 13. &
18. verſ.decima nona. Gram. d. conſil.
35. num.33. Raud.d. conſ. 49. num.62.
& conſ. 50. num. 330. Farin. d. art. 11.
num. 272. Probarent.n. etiam pro ſe ip-
ſis, quoniam qui recipit vt det, præſumi-
137 tur † pro ſe retinuiſſe. Idem Raud. d.
conſ. 50. num. 519. & idem repellitur.
Adde Vrſill. in add. ad Affl. deciſ. 369.
num. 12. vbi dicit, quod non creditur te-
ſti dicenti pecuniam alteri conſignaſſe.
138 Condemnati ab eodem Iudice vel †
Officiali pariter contra eum in Sindica-
tu non probant. Bertaz. eodem conſ.71.
139 nu. 61. Carcerati † qui fuerunt Farin.
d.art. 11.num. 262. Baiard. ad d. quæſt.
140 73 nu. 16. Suſpecti † Farin 161. Ma-
ſcar. de prob. concl. 165. num. 5. Qui
141 petitionem † porrexit Farin. ibi num.
273. Maſc. vbi ſupra nu. 6. Qui aliquã
142 † dolent iniuriam. Silua d. conſ. 94.
143 num. 5. Luſores etiam † non admittun
tur in ſindicatu Officialis fauore, Gram.
d. conſ. 35. num. 59. Minus admittuntur
144 infames † ſine tortura Gram. ibi num.
58. Sic nec falſus in vno, qui falſus præſu
145 mitur in † omnibus vt in ſpecie noſtra
ſcribit Bertaz.d.conſ.71.num. 28. Raud.
conſ. 49. allegato num. 66. & conſ. 50.
146 num. 272. Et tandem non repetiti † litẽ
cum Officiali conteſtata, Bertaz.d.conſil.
71. num. 14. & conſil. 81. num. 10. Burſ.
conſ. 34. num.24. Raud. d.conſ. 49. nu.
54. & conſ. 50. num. 37. Silua conſ. 94.
num.4. Surd. conſ. 328. num. 3. Quinimo
147 nec ex pluribus † nõ integris teſtibus po
teſt probatio ſuppleri Bertaz.d.conſ. 71.
num.43. Raud. d. conſ.49. num. 50. &
conſ. 50. num. 29. Et quorum dicta ob-
148 ſcura vel dubia, debẽt in meliorem par-
tem interpretari, Silua conſ.94. num. 12.
Raud. ibidem num.11. Vel Rei reſpoſio-
149 ne † declarari num. eo. Qui nil iniuſtè
recepiſſe reſpondens nullius eſt erroris
150 ex confeſſione † conuictus Baiard. ad
Clar. d. q.73. num. 31. In hocq; teſtium
diſcurſu id non eſt prætereundum, quod
multi venenum blanditiis velantes, vt ſe-
curius inſidias moliantur ad eius, quem
odio proſequuntur, perditionem inſtruẽ-
dam dicendi falſi teſtimonii opportunita
tem expectant, qua nacta a Reo, vel aliis
ſuſpecta aliqua vel mala audiuiſſe, conte-
ſtis, loci, vel certi temporis, & nominis
ſilentio, mentiuntur, vt ſic detegendi ſce
leris pereat facultas. Sed huic periculo
Ius legibus occurrit, præcipuè Officialis
præſidio, quibus nobis traditum eſt, nec
depoſitionem, nec denunciam, nec inqui-
ſitionem contra eum ſine loco, & certo
151 tempore eſſe † admittendam, ne im-
poſſibilis reddatur falſitatis probatio, Bal.
conſ. 353. num. 3.lib. 5. Raud. d. conſ.
50. num. 452. 507. 518. 576. & 648.
Vbi num. 456. ſubdit, teſtem teneri præ
152 dicta † declarare ad inſtantiàm Officia-
lis contrarium probare volentis. Aliaq;
occurrit ſecunda ſalutari ſanctione, ne
quod Reum extra iudicium aſſeritur di-
xiſſe, vel fuiſſe confeſſum vnius teſtimo-
nio, ſed ſaltem duorum de loco, & tem-
pore concordantium iuramento ad indi-
153 tium † faciendum credatur Doc. com-
muniter omnes in l. fin.C. fam. hærciſ.
Blanc. in repet. l.fin. ff. de quæſt. num.
205. & 206. Rota Luc. Cam. Lep. rela-
tore, deciſ. 135. vol.2. verſ. quartus. Vi-
ui. deciſ.272. num.20. Eſt enim quid ab
ipſo

ipso delicto remotum, quod sub regu-
154 la † cadit non nisi contestibus, probari,
vt per gl. Bar. Bal.& oēs in d. l. fin. Corn.
conf. 197. nu. 6. li. 2. & conf. 192. nu. 10.
lib. 4. Bru. conf. 64. nu. 13. lib. 1. Io. Bapt.
Ferr. conf. 238. nu. 24. lib. 2. Clar. praxi
crim. quæst. 22. vers. breuiter tu dic latis-
simè Farin. tract. crim. quæst. 37. nu. 13.
& seqq. & nu. 42. vbi distinguendo con-
trarias concordat opiniones.

Tertiò ius huic periculo hac altera sanctio-
ne occurrit, vt ne dum duo, & cōtestes re
quirantur, sed ēt omni exceptione maio-
res, vt innumeris primò allegatis, ponde-
155 ratisq; contrarietatibus tandē † firmat
Idem Farin. d. q. 37. nu. 28. 29. & 30. vbi
ampliat ēt in atrocissimis. Et si secus dice
remus, q̄ fuit istis tribus sanctionibus cō-
stitutum, nullius tuta esset salus, & quili-
bet esset arbiter alienæ salutis, cōisq; per-
ditionis esset via: cū posset semper quisq;
quodlibet voluerit capitale cōponere col
loquiū, maximè si & suspectis hęc pateret
licētia testib. Loquor nō parū experiētia
doctus. A talium scelere Deus omnes ex-
cipiat, & protegat.

Quartò q̄ talis cōfessio cōcurrētibus allega
tis, vt ad indiciū sufficiat, Delictū imme-
diatè. necessario, & vniuocè cōcludat. Nō
156 † aūt sit informis, incerta, & vaga, Masc.
tract. ꝓbat. concl. 350. nu. 16 & seq. post
Diaz, & alios. Qui. n. legitimè ꝓbatā con
fessionē ad indiciū introducēdū dicūt suf
ficere, de ipsiusmet delicti confessione lo
quunt nō autē de remotiora confessis, &
157 eo minus † q̄ possūt liciti interpretatio
nē recipere Vrsill. in add. ad decis. 265.
Affl. n. 68. post Crau. cōs. 9. n. 6. 25. & 34.
Decia. cōs. 8. nu. 42. & seq. lib. 1. Vel quæ
ob nō verisimilitudinē ꝑseferūt imaginē
158 † falsitatis Diaz reg. 125. vers. sublimi-
ta quintò Masc. d. concl. 350. nu. 18. ꝓut
si testis diceret me ab incursione militum
spem ei dedisse salutis, quem non saluare
sed tūc potius maluissem ꝑdere, vel q̄ vo
luissē ei ꝓspicere, cuius nō possint satis in
sidiæ caueri, vel a quotū militū incursu fa
miliā ad fugā patraui. iuxta illud Matth.
27. Alios saluos fecit, seipsum saluum nō
potest facere. Et tandē ab eis, qui depre-
dantes suis, nec Ducibus patent, Nisi ora
toris virtutem, vel dicendi facundiam in
telligat, qua Caramantis ab Alexandro
vnus, Hierusalem Pontifex Antiochiæ, &
Romę Leo alter, ꝓspexit Orator, prout,
& Lucas 14. intelligit his verbis Qui nō
potest militibus occurrere, legatione mis-
sa rogat, quæ pacis sunt, & de qua Virg.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sed & hoc sapientem dixisse iactantiæ vi
tium vetat esse credendum. Prosternitur
159 aūt omnis probatio, cui verisimilitudo †
aduersatur e. quia verisimile ex̄ de ꝓsum.
Aliud hoc ēt non est in hoc testium subiecto
prætereundum, quod Alij sunt, qui si nō
audēt (quod vix retinēt formidine pęnę)
falsum euomere, illud saltem flagitant p
falsam consequentiam intelligi, prout q̄
subditus fuerit Principem allocutus, quia
certa die casu, illo adueniēte, iste recessit
argumentū sicut illud, cōcludens: Sol est
super terrā, quia baculus est in angul. Tā
ta tn̄ etiā in hoc fuit spes malignantium,
quod negatiuam probare vexato mihi ne
cesse fuit. Qui nec illius falsæ illationis
erant temeritate contenti, nisi ēt alia præ
sumpta falsitas accederet, quod, & ad ma
chinationem loquela, vel amicitia creda-
tur. Cum tamen ad puniendum subditū
nō sufficiat ꝓbare eū esse amicū inimici
160 Principis sui, vel cum eo fuisse † loquu-
tū, nisi ēt aliud hoc specificè ꝓbetur, q̄ ta
lis amicitia, vel loquela sui Principis præ-
iudicium intēdat, cum possit, vt Doctores
aiunt, talis loquela, q̄ amicitia inimicū ad
sui Principis pacē inclinare, glo. in c. p. §.
Porrò in verbo assalierit in tit. quę fu. pri.
cau. feudi amitt. & in c. 1. in verbo sciēter
in tit. qui mo. feu. amitt. Andr. Isern. d. §.
porrò sub nu. 19. & 21. Barbat. in add. ad
Bal. in l. liberi C. de inoff. testam. Vrsill. in
add. ad decis. 307. Affl. in fi. & ibidem
Affl. n. 28. Matthæus Brun. in cōs. feudali
t 14. nu. 324. Imo. in clemen. 1. de iure-
iur. Iac. de S. Georgio in eius inuest. feud.
verbo dictiq; Vassalli. Clar. in §. feudum.
q. 54. vbi de communi Cur. tract. de feu.
par. 4 in princ. in 15, causa priuat. nu. 57.

subdit tñ vbi sup. Isern. Bonũ esse ẽt a sola
161 † specie mali cauere, & timere, ne saltem offensionem a suo Rege patiatur de facto ex sententia Salustij, qui dicebat, semper Regibus suspectiores esse meliores. Debemus.n. Principis, & Reip. gratię studere, quam magis, q̃ patrem, tenemur diligere Isern. ibi. Et ego p̃cipuè, in quẽ vix possunt (vt in simili dicebat Crau. cons. 9. nu. 34.) beneficia numerari, cuius omnem fortunam a grassatoribus pluries eripuit iustas preces nunquam exclusit, & pręclarisq; nedum fidelis, innocẽtis, atq; dilecti, sed & optimè meriti sententiãdo encomijs illustrauit. Quorum vis est tanta; ne quis sic absolutus ẽt ex superuenien
162 tibus inditiis † valeat inquiri, licet etiã solum, quia non probatum debuisset absolui Farin. tract. quæst. crim. q. 4. nu. 27. ad fin. & in fortioribus terminis. Natta cons. 225. nu. 1. lib. 1. Bertaz. cons. 396. nu. 5. lib. 2. Burs. cons. 34. nu. 1. vbi de cõi post multos, quos ibi ipse recenset lib. 1. Caball. latè var. resol. crim. casu 93. per totum, vbi in fi. ex sententia Gui. de Suzas. Iacobi de Beluis. Bald. de perus. Bruni. Anton. Colum. Papien. Cason. Boss. & Clari scribit nouum inditium illud intelligi, quod specie, & substantia a priori-
163 bus omnino † distinguatur, non aũt nouã veteris inditij probationem nouũ indi
164 ciũ esse, quæ noua † ꝓbatio omniũ scribentium cõsensu reiicitur, ẽt q; reus fuisset dumtaxat, quia non probatũ, absolutus, sed in me ita alterutrum veritas p̃stabit, sicut diabolũ Paradisus recipiet. Gratias iusti patrocinij habeo Reipublicę Dominę meę, cui q̃ debeo, laus magis silẽtio q̃ oratione perficitur. Hactenusq; satis in viã reuersus, quib⁹ mediis lex ꝓspiciat officialib⁹, & ministris vt infra odio obsessis.
Fuitq; summæ æquitati consentaneũ quod Iudices, Officiales, & Assessores p̃scriptis omnibus in sindicatu sanctionibus tuerẽ-
165 tur, cum munus † suum ipsos pluribus odiis, & obloquiis exponat Augus. Dulc. d. tract. suo de sind. nu. 26. vbi sic scriptũ reliquit. Iudices præcipuè maleficiorum, quorũ officium est inquirere, punire, & castigare, incurrunt odiũ, & inimicitiam delinquentium, & omniũ suorũ amicorũ, & affinium; Et cũ nõ possint oĩbus cõplacere, inueniũtur mille falsi accusatores, qui ipsos calumniãtur. Hactenus Augus. allegans Abb. sic loquẽtẽ in c. qualiter, & quã el. 2. ex̃ de accus. Qui si speciali accusationi carent saltem in genere latrantur, ꝓut q; Fiscũ impleuit, si Fisco profuit, de
166 quo † (si citra alicuius iniuriam) laudatur per Raud. d. cons. 49. n. 14. & cõs. 50. nu. 282. & 587. vel quod aliter Dominicę vtilitati Assessoris nimis studiũ hęsit, licet, vel vinculi iuramenti, vel iustitiæ distributiuæ studiũ finibus claudatur. Ideo inquit idẽ Aug. non sine causa constitutũ quod contra eos testes non admittãtur,
167 qui nõ sint exceptione maiores. Adde † quantis sit iudex malignantiũ insidiis obsessus Neuiz. cõs. 76. n. 7. Farin. d. art. 11. n. 262. Raud. d. cõs. 49. nu. 139. & seq. & 144. & cõs. 50. n. 82. Quã veritatẽ vtinã non fuissem expertus. Qui teste Deo, nec iniustitię, nec corruptelæ cõscius sum, cui nec sãguine, nec potẽtia, nec p̃cibus, nec p̃cio ꝑsonarũ acceptio fuit, indiciiq; euentus ostendet; In quo licet tot conspirantium instruens instigans, atque fouens, & fremẽs studiũ accesserit nullum Fiscus malefactum præstabit, imò nil ꝓfus inueniens processum erubescit ostendere. Nã in hoc mihi tot personarum ꝓfuit inimicitia, q; earũ, quas p̃uidebam insidias, virtutis amor filialis, vel seruilis timor p̃uenit.
Vnde tanta in me optimæ rõnis insita certitudo fuit vt in publicis Illustrissimorũ Dominorum Comitiis atq; publico ordinarij, & audientium inuentu offerre non dubitauerim, cuiuslibet mei consilij, vel decreti rõnem reddere, vel damum satisfacere vincenti; & ipsimet officio quinquaginta pro vno, quod suum mihi retinuisse indicabit, Sed nullo vnq̃ innocentiæ, honestatis, vel veritatis argumẽto hostilis flectit iniquitas, labia dolosa moderãtur, Illis tãdẽ De⁹ ignoscat; sẽp virt⁹ obtinebit.
Decima tertia, & finalis est conclusio, q; officiali absoluto Iudex, q temerè inquisiuit, deferẽtes, qui nõ ꝓbarunt, & ipsius officialis ministri, qui cooperant, sunt oẽs dãnis
168 obnoxij † officialis absolutis. De Iudice

testatur

testatur Pute. de sindic. in verbo Inquisitio num. 9. Amade. eo. tract. num. 243. Catald. tract. eo. num. 66. Affl. ad constit. Neapol. lib. 1. rub. 93. num. 11. Hypp. sing. 93. Vbi quod tenetur actione iniu-
169 riarum De † deferente qui non probat, Gram d. cons. 35. nu. 43. Amed. d. tract. num. 165. Pute. eo. tract. verbo expressa cap. 1. nu. 4. & in verbo probatio cap. 1. sub. num. 4. Aug. Dulc. tract. eo. nu. 23. Bertaz. d. cons. 71. nu. 67. Raud. d. cons. 49. in fi. Farin. d. art. 8. num. 194. De
170 † Assessore, nisi contradicat, & protestetur, consuluit Dec. cons. 8. num. 2. Feli. in c. si quando circa princ. de off. deleg. Pute. de sind. verbo appellatio num. 8. & in verbo assessor cap. 1. nu. 12. Et con-
171 tra ipsum † nisi protestetur, semper, quod ipse consuluerit, stat presumptio iuris Bar. in d. l. diem functo sub num. 4. Pute. de d. verbo Assessor cap. 2. sub nu. 11. Amade. eo. tract. quæst. 252. De re-
172 liquis † Ministris Raud. d. cons. 50. nu. 479.

Hæcq; de Assessore propria manu exarani, vt, qui potest Montalcam Præsidem de crimine accusare, eodem iure vtatur. Viro enim piæ mentis, optimæque voluntatis astiti, quem fateor me parum inconsulto fecisse, tantùm veritatis anxius fuit, & qui maleuolorum labiis inuitis, Iustitiæ, pacis, fidelitatis, constantiæ, probitatis, & clementiæ successoribus exempla reliquit Claudij Cęsaris, Flauij Vespasiani, Titi, Neruæ Coccæi, Antonini Pij, & similium, non Caligularum, Sergiorum, & Neronum classe receptus, Sed Nero Barbarus, vel Saracenus vnū, quem noui, nullus æquauit.

Ex quibus tandem concludimus, Officialem quemcunque istarum Thæsium patrocinio receptum, non nisi posse alicuius impiæ hostilitatis instigatione vexari, & consilio damnari.

Io. Franciscus Schenardus
I. Vtr. Doct.

NOS infrascripti Iuris Vtriusque Doctores, & per Illustrissimum Equitem alias Vallistellinæ Capitaneum Dominum Rodulphum Plantam requisiti ad nostrum proferendum iuris Responsum super processu criminaliter formato per officium Ill. D. Pauli Valterij Capitanei Vallistellinæ contra Magnificum, & excellentem Iuris Vtriusq; Doctorem Dominum Io. Franciscum Schenardum de Sondrio, Viso, & collegiali examine exactè perpenso dicto processu nobis exhibito, suprascriptisq; allegationibus suis diligenter examinatis; Conclusiones in ipsis allegationibus exaratas (excepta incompetentiæ quæstione, de qua fatemur nunc non satis liquere) singulaque in ipsis contenta, & expressa, iustas, veras, atq; iusta, & vera esse, iureque probari censemus. Quibus inherendo eundem Excell. D. Doct. Schenardum, tamq̄ qui de nullo potuit crimine notari, omnino consulimus debere absolui a dicto processu ac omnibus, & singulis in eo contentis. cuius dignitatem illæsam cognoscimus. Et ita de iure sentimus, saluo saniori, & præcipuè Excelsi Rheti Senatus iudicio.
In quorum fidem subsignauimus.

Thomas Schiouestein.
Io. Baptista Stella nuncupatus Spandrius.
Franciscus Venosta.

SVMMARIVM.

1 Soror sola fratri succedit exclusis Nepotibus ex altero fratre, secundum Statuta Vallistellinæ. Et toto cons.

2 Statutum subordinans successiones dicitur Ciuitatis testamentum per vulgares substitutiones.

3 Statutum de successionibus interpretatur sicut testamentum.

4 Statuti Vallistellinæ cap. 188. diuiditur in octo classes.

5 Verba indefinita æquipollent vniuersalibus

6 Inclusio aliquorum in aliquo gradu statuti dicitur non inclusorum exclusio.

7 Vincitur a me multo magis qui vincitur ab eo quem ego vinco.

8 Vincitur a me in toto qui vincitur ab eo quẽ ego vinco in parte.

9 Ablatiui absoluti conditionem important.

10 Conditio debet esse in toto purificata priusquam dispositioni locus aperiatur.

11 Conditio plura coniungens debet in singulis verificari.

12 Ordo statuti attenditur in successionibus deferendis vt donec aliquis extat de prius vocatis non possit aliquis de posteriori capite admitti.

13 Conditio: in conditione positi a statuto censentur vocati. Vel saltem successio reseruata, & num. 14.

15 Coniecturis eisdem probatur in conditione positos esse vocatos, quibus probatur reciprocum fideicommissum.

16 Nepos non debet esse melioris conditionis, quam soror.

17 Compensari damnum alterius dispositionis beneficio rationi congruit.

18 Reciproca substitutio censetur inter eos qui primo vocantur, deinde in conditione ponuntur.

19 Reciproca euidentius apparet cùm conditio pluries repetitur.

20 Repetita censetur quantitas in substitutione quæ est in institutione expressa.

21 Clausula, Et his non extantibus, sensus declaratur.

22 Conditio est indiuidua ne possit pro parte impleri.

23 Conditio vniuersalis falsa in parte, Idem est ac si esset falsa in toto.

24 Vniuersalis negatiua magis negat, quàm affirmatiua vniuersalis affirmet.

25 Substitutionem esse factam post omnium mortem, vel ab vltimo moriente paria sunt.

26 Substitutio reciproca quibus requisitis inducatur.

27 Præteritio personæ in aliquo gradu statuti dicitur exhæredatio.

28 Substitutio, reciproca probatur coniecturis etiam cessantibus requisitis.

29 Substitutionis reciprocæ vna est coniectura quãdo fit progressus ad plures gradus substitutionum. Fortius si per stirpes disponuntur num. 30.

31 Substitutio dicitur inter vocatos in vno gradu reciproca licet gradus sit medius si alij gradus omnes sunt reciproci.

32 Nepotes cum Amita ad successionem patrui vel amitæ de iure communi nouissimo admittuntur.

33 Statuti verba debent singula aliquid operari.

34 Argumentum a contrario sensu sumitur etiam in statutis, vt superfluitas euitetur.

35 Determinatio vna plura respiciens censetur ea æqualiter determinare.

36 Pluralis numerus non verificatur in vno

37 Relatio pluraliter concepta fit ad omnia præcedentia.

38 Extensio in correctorijs non fit de casu mixto ad simplicem.

39 Familiæ dignitas non conseruatur per fœminas.

40 Extensio non fit ad casum cuius minor est ratio.

41 Consequimur sæpe ex alterius persona quod ex nostra non possumus.

42 Soror iure antiquo cum fratre matrem excludebat non sola.

43 Interpretatio illa est fauorabilis quæ ius commune conseruat.

44 Alternatiua alterutri casus existentia impletur.

45 Incongruus sermo non creditur in statutis

46 Copula requirit vtrumque extremum adesse.

adesse.

47 *Obseruantia est optima legis interpres.*

48 *Pluralitas in singularitates resolui in substitutionibus, & vltimis voluntatibus, vt tot censeantur dispositiones quot personæ, & num. 49.*

50 *Pluralitas resoluitur in singularitates cū persona superest de coniunctis in dispositione, quæ ex verisimili mente disponentis substituto præferatur.*

51 *Dilecta magis illa persona censetur, quæ prius vocatur.*

52 *Dilecta magis in dispositione priori præsumitur etiam prædilecta in conditione sequenti.*

53 *Pluralitas in singularitates resoluitur ex mente disponentis etiam quod verba improprientur.*

54 *Pluralitas in singularitates resoluitur vt euitetur absurdum.*

55 *Pluralitas relata ad plures personas, & plures effectus semper in singularitates resoluitur.*

56 *Effectus plures in dubio considerantur in relatione ad plura.*

58 *Statutum id dicitur noluisse quod non expressit in vna oratione statuti, quod tamen expressit in alia.*

57 *Verba clara statuti interpretationem nullam admittunt.*

59 *Clausula statuti quod non extantibus masculis fœminæ succedant verificatur in vnico masculo.*

60 *Soror est in gradu 2. Nepos in 3.*

61 *Dispositio quæ duas habet rationes non cessat vna cessante.*

82 *Statuti verbis claris standum est, quamuis sine ratione.*

63 *Statuta vt plurimum nituntur magis voluntate quàm ratione.*

64 *Interpretatio statuti illa est fauorabilis, quæ nos reducit ad ius antiquum.*

65 *Statuti Vallistellinæ cap. 188. in verbis, Et questa dispositione cosi habbi loco, &c. sensus, & declaratio, & nu. 72.*

66 *Verborum diuersitas ostendit diuersitatem sensus.*

67 *Interpretatio illa facienda per quam contrarietates, correctiones, & repugnantiæ euitantur.*

68 *Consilium in melius mutare sapientis est.*

69 *Mutatio opinionis non est vituperanda.*

70 *Statutum de successionibus licet loquatur per verbum masculini generis, tamen intelligitur etiam de hæreditate fœminarum.*

71 *Argumentum a Rubrica valere.*

73 *Exceptio declarat regulam.*

74 *Regula etiam ad non comprehensa ampliatur ad superfluitatem euitandam.*

ARGVMENTVM.

AN Neptis ex fratre masculo concurrat cum Amita ad successionem Patruis, vel Amitæ, stantibus statutis Vallistellinæ.

Traditur natura, & effectus conditionis.

Quomodo, qua ratione, quibus regulis interpretentur Statuta de successionibus ab intestato.

De proprietate alternatiuæ, & copulatiuæ dictionis.

De substitutione reciproca, eiusque coniecturis, & requisitis.

Cap. 188. Delli Statuti ciuili di Valtellina.

Che quello, che è congionto per linea feminina, non succeda al descendente, & della successione de transuersali, & de ascendenti per linea materna, Ancora dell'espressa, ouer tacita volontà del padre, il qual vuole che la figliuola gli succeda &c.



Anco statuito, che ne la Madre, ne ascendente materno, ne altri cognati succedano a colui che muore senza testamento, & senza descendenti. Ma la sua heredità (sia peruenuta donde si voglia) si differisca per stirpe alli ascendenti maschi paterni, & alli fratelli congionti per parte di padre, & di madre, & anco alli figliuoli maschi del fratello congionto per il padre, & per la madre morto dinanzi: Saluo nelli beni paterni solamente, nelli quali parimente succeda colui, che è congionto, per parte del padre solamente, come colui che è congionto, & per parte del padre, & della madre. Et questo habbi luogo tanto nel fratello, quanto nel figliuolo del fratello, secondo la dispositione del precedente Capitulo. Et questa dispositione cosi habbi luogo nelle femine, come nelli maschi secõdo la prerogatiua de' gradi, della qual nel presente statuto: Et non essendogli questi, ouer essendogli solamente essi figliuoli del fratello allhora si differisca per stirpe alli detti figliuoli del fratello congionto, come di sopra; & alle sorelle di vn medemo padre, & madre di esso defonto. Et non essendoli questi se differisca parimente per stirpe come di sopra, al fratello solamente da parte di padre, & alli figliuoli del fratello solamente da parte di padre. Et non essendoli questi, se differisca similmente per stirpe, come di sopra alle figliuole del fratello di vn medemo padre, & madre morto dinanzi, & alli figliuoli maschi, & Femine della sorella di vn medemo padre, & madre morto dinanzi. Et non essendogli questi, se differisca per stirpe alla sorella solamente da parte del padre, & alli figliuoli del fratello solamente da parte del padre morto dinanzi, come di sopra. Et non essendogli questi, alli figliuoli maschi, & femine della sorella solamente da parte di padre. Et dipoi nelli agnati, & agnate più prossimi per insino al settimo grado esclusiuamente, il qual si debba computar secondo la ragion ciuile, peruenga per capi, cosi però, che li agnati masculi escludano le femine agnate, che sono nel medemo grado; & non essendogli alcun di questi, succedano li altri secondo la prerogatiua del grado. Statuendo però, che in ciascun delli detti casi si debbino li alimenti alla madre, & all'aua, restando lor uidue, & non hauendo, doue si possino alimentare nelle heredità delli descendenti, ancora che li fussero descendenti vi ni de quelli; li quali alimenti siano congrui, & i habbino da tassar ad arbitrio d'vn huomo da bene, & delli quali beni esse madre, & aua non si possino priuare per alcuna vltima volontà. Et questo Statuto non habbi luogo nella heredità materna, & delli ascendenti per linea materna, ma essa heredità si differisca alli più prossimi secondo la prerogatiua del grado, nõ facendo distintione fra maschi, & femine. Statuendo ancora, che se'l padre vorrà instituire herede le figliuole vna, o più insieme cõ'l figliuolo, vno, o più maschio equalmente, che possa, non ostante le predette cose. Ancora s'alcuno morirà senza descendenti maschi, che le figliuole allhora, & in quel caso li possano succedere, tanto per testamento, quanto senza testamento. Salua però la detta dispositione di poter far testamento.

CON-

CONSILIVM II.

LEX TVA DOMINE MEDITATIO mea.



Edulò, & accuratè perpensis singulis verbis statuti cap. 188. eiusq; gradibus, & clausulis, quibus in successionum progressu statuentes disponendo vtuntur, ponderatisq; rationibus, quibus pro Nepte contra sororem nonnulli insurgunt, & quorum statutorum abrogato contrario vsu, consuetudine, vel dissuetudine, nobis per nouam reformationem, capitulaq; anni 1596. est nunc dispositio restituta, quorum ideò verbis, & menti interpretatio dumtaxat hærebit: sententiam nunc sequor eorum, qui sororem, & multò ma-

1 gis fratrem ad alterius † sororis successionem, Nepte ex fratre exclusa admittunt. Et cuius sententiæ veritatem etiam censeo nulla posse subtilitate euitari, rationibus, quæ post præmissa sequuntur.

Præmitto ergo primo ad faciliorem statuti prædicti interpretationem, quod statutum subordinans successiones dicitur pa-

2 triæ testamentum per† vulgares substitutiones Alex. Raud. conf. 4. num. 2. lib. 1. post Bald. in l. 1. §. pro secundo sub num. 7. ver. vlterius C. de caduc. toll. Bar. in l. 2. §. videndum col. 2. ver. sed dico, C. ad Senatusc. Tertul. Bero. conf. 145. in hoc facti sub nu. 13. ver. alid vero libro 2. Idem Bal. conf. 205. sub num. 1. v ers. nam vt ita lib. 4. Idem Raud. conf. 14. num. 115. lib. 2. Et a pari vtriusque te-

3 stamenti interpretatio † procedit Hieroni. Zanch. in repet. l. hæredes mei §. cũ ita num. 314. in octaua parte ff. ad Trebell. post plures per eum relatos.

Secundo prçmitto per statutum prædictum vniuersç successionis progressum in clas-

4 ses octo partiri. † Quarum Ascendentes, Descendentes, fratres, & Nepotes ex fratre masculi, fçminis exclusis classe prima vocantur. Soror, atq; iterum nepotes classe secunda. Consanguineos masculos tantum tertia continet classis. Consobrinos aliquos quarta ex coniunctis tamen vtrinq; soror, & nepotes ex fratre cõsanguineo clauduntur in quinta. Nepotes ex sorore consanguinea soli in sexta. Reliqui agnati in septima. Alij vero, quos ante statutum præteriit, vel exclusit, in octaua classe statutum indefinita oratione complectitur: secunda ibi, *& non essendogli questi il primo*. Tertia ibi, *& non essendogli il secondo*. Quarta vers. eodem tertio. Quinta vers. eodem quarto. Sexta vero eodem quinto. Septima ibi, *Et dipoi*. Octaua ibi. *Et non essendogli alcuno*. Ex euius statuti serie, Classiumque subordinatione, & ad omnes personas, gradus, & lineas digressu, patet neminē præteritum, quem statutum saltem non includat in posteriori classe, cuius locum omnibus antea prçteritis, vel exclusis deniq; relinquit; cum ille sit indefiniti ver-

5 bi, vel sermonis † sensus, vt æquipolleat vniuersali l. si pluribus cum concordanti bus in gl. ff. de legatis 2. c. solitæ extra de maior. & obedien. Curt. sen. conf. 42. sub num. 13. Paris. conf. 43. num. 53. vers. de mente lib. 2. Ac suum tandem ibi, inquam, succedendi locum euiq; desi gnat argum. l. hæc stipulatio, §. fin. vt legat. nomi.

His sic modo præmissis, quàm absurdum sit de sententia pro sorore, & eo magis fratre dubitare, pluribus infra probamus.

Primò ex eo, quòd soror non Neptis vocatur in classe secunda, per cuius inclusio-

conſil. 129. vbi poſt longam diſpu-
tationem concludit cum qui quandam
panni quantitatem vendiderat habita
fide de precio, acceptiſque fideiuſſo-
ribus, & poſtea eueniente termino
cautionem acceperat à ſolo debitore
per inſtrumentum, non poſſe amplius
fideiuſſores moleſtare, licet paulò an-
44 te cautionem proteſtatus † fuiſſet,
quòd intendebat habere omnes obli-
gatos, & facit etiam, quod reſpondet
Ruin. conſil. 45. numero 4. lib. 5.
quòd qui nomen debitoris accepit cum
proteſtatione quòd non intendebat re-
cedere a principali, caſu quo debitor
delegatus non eſſet ſoluendo, ſi fue-
rit negligens, & per ipſum ſteterit quo-
minus cum aliquando potuiſſet exigere,
non exegerit (prout idem euenit in caſu
45 noſtro) non poteſt † propterea propter
delegantem, vel eius hæredes agere non
obſtante dicta proteſtatione, vel reſer-
uatione facta. Concordat etiam quod
ſcribit Decian.reſp.72. num.39. lib.2. di
46 cens quòd ſi † quis in receptione nouæ
obligationis proteſtatus ſit de non rece-
dendo a fideiuſſione facta, & hoc pſis
fideiuſſoribus abſentibus proteſtatio ni-
hil valet quoad effectum augendi iuris ip
ſius proteſtantis per d.l. ſi debitor §. 1.&
not. in c. ſolicitudinem de app. cum ſi-
mil.

Non obſtant igitur contraria, & primo ꝙ in
dubio non inducatur nouatio, quia nos
ſumus in claris ex illis verbis, quòd prior
obligatio ſit caſſa, &c. vltra quòd etiam
47 † hodie ex euidentiſſimis coniectu-
ris ſecundum magis communem opi-
nionem inducitur nouatio, vt conclu-
dunt Menoch. d. lib. 3. præſump.
præſump. 134. num. 36. Maſcar. d. conſ.

1112. 18. Io. Ant. Lan. d. conf. 25. nu. 1. & magis communem, & veriorem in quit And. Fach. lib. 3. contr. iur. cap. 92. & Surd. d. conf. 145. num. 2.

Inter cæteras aūt coniecturas ea est, cùm
48 † secundus contractus est incompatibilis primo, vt inquiunt Doctores in l. pacta nouissima, C. de pact. & Doct. supra citati, & Ceph. conf. 454. nu 19. lib. 4. Natta conf. 450. n. 2. 4. par. Vrsil ad Affl. decis. 353. num. 5. Gabr. conf. 81. num. 3.

Idemq; quando in aliqua parte mutata est
49 forma † prioris obligationis, vt in casu nostro secundum Bald. conf. 128. num. 2. lib. 2. & alios supra relatos.

Item non procedit dicta conclusio, quando interuenit expressa delegatio, vt in hoc casu, quia tunc vt supra dictum est etiam hodie remanent incorrecta antiqua iura.

Nec item obstat, quod per termini prorogationem non liberentur fideiussores, quia
50 locum habet quādo in nulla parte † prior obligatio alteratur, nec etiam interuenit delegatio, vt loquuntur Doctores in eam sententiam adducti aliàs secus.

Imò etiam in casu simplicis prorogationis fideiussores saltem ab interesse censen-
51 tur exempti, nec conueniri † possunt, prout nec a cæteris accessoriis euentis tē pore prorogationis, ita post Bart. Io. And. Soc. iun. Ang. Dec. Alex. Ias. Bal. Fel. & Tiraq. ab eo relatos concludit Gabr. Rom. tit. de fidei concl. 3. nu. 4.

Quando verò per prorogationem creditor
52 † fuit in mora, potuitq; exigere, & non exegit, quòd eo casu fideiussores sint penitus absoluendi, vltra Ruin. d. conf. 45. lib. 5. est tex. in l. si fideiussor in id. & ibi Castr. de fid. & scribit Pedroch. conf. 13. nu. 14. & conf. 26. nu. 44.

Item non obstat dicta reseruatiò facta, quia vt dictum est in his, quæ à voluntate duorum vel plurium pendent debet fieri ipsis de quorum præiuditio principaliter agitur, & ipsis scientibus, alioquin non valer per supradicta.

Præterea etiam in his, quæ pendent à sola
53 voluntate protestātis debet fieri ipsi † parti in cuiꝰ ꝑiudiciū ea fit, qn alias ipsa pars posset captari, & pati damnū, quæ si sciuisset facilè præuidere potuisset secundū Bart. in d. §. morte nu. 19. Fel. in d. c. cum M. Ferariensis n. 49. vers. 1. conclusio, & ibid. Rip. nu. 108. Alc. in d. l. detestatio.

Vltimò non obstat authoritas Bart. in d. l. si quis aliam, & aliorum dicentium per reseruationem prioris hyppothecæ, & obligationis nō censeri liberatos fideiussores, quia respondetur id procedere qn non interuenit verè nouatio, nec delegatio, & ipsa reseruatio facta est a principali creditore, nec ipse fuit in mora exigendi, neque per ipsum stetit, aliàs secus vt in casu nostro.

Concludo igitur fideiussores, idest tam filios principalis debitoris, qui se pro patre obligauerūt, quiq; indemnitatem promiserunt cæteris confideiussoribus, quàm alios fideiussores absoluendos esse.

Ad laudem Omnipotentis Dei. Amen.

Ego Laurentius Paribellus I. V. Doct. saluo tectius sentientis consilio.

SVPER EODEM FACTI THAEMATE.

MVltum subscribere renui sequens potius partes Caij quàm fideiussorum, quibus reseruatio prædicta videbatur prima facie omnino prodesse; verùm negotio subtilius perscrutato, me in contrariū pro fideiussoribus sententiam induxerūt sequentia fundamenta, primùm quòd negari non potest, si non in totum sublatā,
54 saltem alteratam † esse primam obligationem, qua obligatione solùm alterata fideiussores liberari consuluit. Soc. sen. conf. 62. nu. 23. lib. 4. Thes. decis. 126. n. 9. in fi. Cui primo fundamēto non obstat reseruatio allegata, qm liberatione ipsa supposita, reseruatio ipsa remanet inanis, vt in hac specie tradit Fran. Marc. Delph. decis. 537. in fi. par. prima qui scribit fi-
55 deiussores noua stipulatione liberatos † nequaquam illa iutium reseruatione absentes in obligatione contineri, cui simile est quod tradit Bec. conf. 34. num. 25. Illi scilicet qui donationi a patre factæ pa-

56 truo consensit, nil prodesse, quòd † id sine præiuditio iurium quæ habet in bonis paternis se facere protestetur, vti facto repugnans. Ad idem pertinet quod tradit Ruin. cons. 17. nu. 5. lib. 4.

Secundum est fundamentum, quòd, vt supponitur, mora Caij eius negligentia factū est, vt morte Meuij, & non existentia hæredis sit actio personalis caduca, quam
57 ideò cùm cedere † non possit fideiussoribus, consequens est ne etiam conueniri possint, l. stichum §. si creditor ff. de solut. l. si pupillus. ff. de adm. tut. gl. in l. 2. in verbo ius pignorum, C. de fideiuss.

Tertium est fundamentum, quòd & si adhuc illa superesset cedenda personalis, cùm tamen culpa creditoris, qui cum sibi satisfieri potuit exigere neglexit, illa inutilis effecta sit, fideiussores æquùm existi-
58 matur esse † liberatos, vt litteris aureis notandus tradit Ias. in l. decem num. 25. ff. de verb. oblig. per l. si fideiussores in id ff. de fideiuss. post alios ibi per eum allegatos Gozad. qui loquitur de cessiona-
59 rio, qui cum potuerit † exigere passus est debitorem fieri non soluendo, consil. 38. num. 2. Quod maximè procedit contra Caium istum qui solutiones medio tempore factas non ponens in causam ipsam priorem non videtur dolo carere iuxta doctrinam Bec. cons. 60. num. 7.
60 Quibus omnibus in vtroque consilio scriptis simul stantibus concurro in eandem suprascripti Excellentiss. Iureconsulti sententiam.

Ego quoq; Iurisutriusque Doct. Io. Franciscus Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Alienari prohibita bona, in generali venditione non comprehenduntur. Ratio n. 9.*
2 *Neque in generali obligatione omnium bonorum censentur venire emphyteutica, seu fœudalia. contra num. 3.*
4 *Alienatione quando res prohibita dicatur, non principaliter, sed in consequentiam includi.*
5 *Res prohibita principaliter alienari in generali dispositione includitur.*
6 *Alienatio bonorum Ecclesiasticorum emphyteuticorum caducitatem inducit.*
7 *Venditio omnium nullo excepto stabilium; Emphyteusim quoque, & feudū includit.*
8 *Geminatio seu repetitio verborum vniuersalium id comprehensum facit, quod aliàs esset incomprehensibile.*
10 *Mentis vbi est certitudo, ibi nō est quæstio.*
11 *Venditionis generalis, & vniuersalis diuersum est ius.*
12 *Exceptio firmat regulam, in casu non excepto.*
13 *Vniuersalis quando, & vnde dispositio cognoscatur.*

ARGVMENTVM.

Alienatione omnium bonorum, quando bona fęudalia, vel emphiteotica censeantur, ad effectum caducitatis inclusa.

CONSILIVM IV.

Deus Illuminatio mea.



Roponitur mihi casus, q. D. Angelica de Homodeis accedente, qui ex statuto requirebatur, mariti, & proximioris consensu; fecerit finem, vēditionem, & remissionē, quam deinde est traditio secuta in personas emphyteusis non consortes, neq; vocatas, nominatiuè de omnibus, & quibuscunque bonis stabilibus, & fictis liuellariis, & quibuscunque aliis ad hæreditatem fratris spectantibus, & pertinentibus, adeo quòd ipsi D. Angelicæ nulla remanerent bona immobilia nec ficta præter mobilia, priuata, & obligationum credita cum honoribus; & oneribus super eis incumbentibus. Nunc cum stabilia aliqua bona sint emphiteotica Ecclesiæ Parochialis de Sernio. Quæritur an in commissum ceciderint, vt possint per Ecclesiæ Rectorem vendicari? Et vt per con-

traria

traria transeam, quorum solutione me-
lius veritas firmatur, Duo videntur pu-
gnare contra Rectorem, primum quòd
in generali venditione bonorum, emphi-
teotica quemadmodum nec feuda, & alia
1 prohibita † alienari, non comprehendun
tur c. 1. §. in generali vbi Bal. in princ. de
cont. inter dom. & agnat. Alex. cons. 16.
num. 9. 12. & 13. & cons. 168. nu. 8. lib.
2. & cons. 20. num. 9. & 10. lib. 5. Soc.
iun. cons. 24. nu. 1. lib. 1. Bero. cõs. 127.
lib. 1. Tiraq. trac. de retrac. ligni. gl. 3. §.
2 1. num. 8. quinimò, nec in † sola obliga-
tione generali firmat Bart. in l. codicillis,
§. instituto num. 5. de lega. 3. Alex. locis
allegatis, & in cons. 124. num. 8. lib. 4.
Dec. cons. 139. nu. 4. In qua tamen ad
3 obligationem extensione † non insisto
dubius ex traditis per Ias. in l. 3. num. 83.
C. de iur. emphit. Secundum quòd pro
defensione pugnare videtur, est, q. & si il-
la generali alienatione, illa bona com-
prehendantur, tamen in eam non princi-
paliter veniunt, sed in generalis disposi-
tionis dumtaxat consequentiam, cum il-
4 lorum † specialis nulla mentio fiat, vt per
Bero. cons. 120. nu. 7. & 8. lib. 1. In quã
consequentiam & bona ista venire, quem
5 admodum & iuspatronatus, ac aliud † in-
alienabile, nullo iure prohibetur, c. ex lit
teris vbi gl. in 1. not. c. cum seculum vbi
gl. in verbo emptorum &c. de iure vbi
gl. 1. extra de iur. patr. & vulg. Regula l.
quidam ff. de acq. rer. dom. Bero. d. cons.
120. num. 8. vbi in specie emphiteusis.
6 Quibus tamen minimè obstantibus dico †
per dictam alienationem etiam de bonis
Ecclesiæ disposuisse, & consequenter iu-
re emphiteotico cecidisse declarandum
per tex. in l. fi. vbi Ias. & omnes C. de iur.
emphit. Bero. cons. 107. lib. 1. & d. cons.
127. Clar. in §. emphiteusis quæst. 13.
vers. adde, & latius per Corb. trac. de cau.
quib. emph. priu. tit. ab alien. in prin. cũ
seqq. ampl. a, cuius l. fin. dispositione ip
sam nec sexus excusat Ias. in d. l. fin. nu.
128. Bal. in c. 1. q. pen. de contr. inter
Dom. & empt. vbi Affl. num. 26. Corb.
dicta cau. alien. ampl. 46.

Superest dumtaxat contraria soluendo osté-
dere, quòd ea bona contra legem emphi
teusis alienauerit, quòd verba ipsius ven
ditoris vniuersalia probant, quibus nullũ
stabile penitus voluit exceptum, quo ca-
su etiam emphiteusim, & feudum venire,
7 & censeri alienatum † tradunt Dec. cõs.
76. sub num. 1. & cons. 389. num. 11.
Cur. iun. cons. 16. num. 80. vers. quia in
primis Paris. cons. 3. num. 35. lib. 3. Cot
ta in memor. in verbo emphiteusis venit
Tiraq. d. §. 1. num. 9. Tanto magis cùm
dictorum vniuersalium verborum gemi-
natio, & pluries repetitio legatur, quæ
8 facit id esse † comprehensum, quod non
esset aliàs comprehensibile, Bero. consil.
116 num. 26. lib. 3. Quæ & ex eo confir-
mantur, quòd mihi supponitur in facto,
nempè contrahentes non inficiari quomi
nus etiam de eis bonis eorum contrahen-
do voluntas, & sensus fuerit, quem ma-
gis quam verba leges intuentur, toto titu-
lo plus. val. quod ag. Ratio enim præmis-
sæ præpositionis, quòd in generali aliena
9 tione non veniant est mens verisimilis †
emphiteotæ quod noluerit Dec. consil.
389. num. 11. vers. & negari Soc. consil.
75. num. 4. & 12. lib. 4. Cur. iun. cons. 16.
num. 8. vers. quia non est. Vnde ratione
cessante, cessare debet ipsa interpreta-
tio legis, vt per Euer. in loco à cess. ratio-
ne, & vbi de mente est certitudo non est
10 ipsius quæstio † admittenda l. ille aut il-
le, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. quoniam
in claris non est opus coniecturis.
Ex his colligitur vna responsio ad primum
contrarium, cui secunda alia hæc est, q.
aliud sit in generali tantùm, aliud verò
11 in vniuersali † alienatione, vt ex allega-
tis supra, & ex latè traditis per Menoch.
cons. 129. per totum. Accedat prædictis
quòd nonnulla excepit, quorum excep-
12 tio † istorum comprehensionem confir-
mat, vt per omnes in c. qui ad agendum
de proc. in 6. Dec. in l. 1. num. 31, de reg.
iur. & latè Becius cons. 111, nu. 5. Euer.
in loco ab exceptione ad regulam. Non
ob. sequens obiectum etiam huiusmodi
bona in consequentiam venire, quia pro

cedit quando accedunt vniuersitati bonorum, at hæc non est vniuersitas, a qua
13 † mobilia, & iura, & nomina debitorum actiones, & passiones saltem personales retinentur arg. l. si is qui §. vtrum ff. de rebus dubiis.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Contumaciam parte ponentis in termino accusari debere, ad statuti fictam confessionem.*
2 *Collegij authoritas, quanta.*
3 *Obseruantia optima est legum interpres.*
4 *Iudice absente, nequaquam potest contumax aliquis censeri.*
5 *Confessus vt reus habeatur, requiritur litem prius esse contestatam.*
6 *Positiones quibus pars non tenetur respondere, non habentur pro confessis.*
7 *Positionum reiectio appellabilis, sicut & reiectio probationum num. 8.*
9 *Interrogatus de secretis patrimonij non tenetur respondere.*
10 *Reliqua præsupponuntur cum de vno disputatur.*
11 *Sententia lata est contra succumbentem præsumendum.*
12 *De præsupposita prius constare debere ostenditur.*
13 *Interrogationi iuris non esse respondendum.*

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur vt positiones habeantur pro confessis.

CONSILIVM V.

Vtinam dirigantur uia mea ad custodiendas iustificationes tuas.

Quod ad fictam confessionem statuti requiratur contumacia parte ponentis accusata in termino
1 † respōdendi probat, & disputando defendit Anch. cōs. 97. n. 4. & seq. quē sequuntur Natta. cons. 364. nu. 2. & seq. Crau. cons. 54. num. 2. Alex. cons. 100. num. 3. lib. 5. Carp. ad stat. Mediol. cap. 83. num. 172. & nu. 199. quam sententiā in Senatu Pedemontano receptam tradit Osas. decis. 3. n. 4. & seq. & Thes. decis. 19. nu. 1. & per totum. Et licet contraria opinio placuerit Bald. in l. si tutor. C. de interd. matr. Roll. a Valle cons. 90. lib. 3. & Neuiz. cons. 6. Tamen prima sequenda est authoritate Collegij tam celeberrimi roborata, vt de authoritate Collegio-
2 rum scribens † tradit Dec. cons. 400. nu. 1. Menoch. cons. 11. num. 15. Triuis. Decisionum præfationis num. 4. necnon etiā
3 quia illam fori obseruantia † secuta est, quæ est optima legis interpres l. minimè, & l. si de interpretatione ff. de leg. Crau. cons. 191. num. 11. & cons. 226. num. 6. Beo cons. 101. num. 49. Barr. cons. 59. num. 3. Nec de rationibus primæ opinionis agere expedit, cum illas allegati scripserint, quibus me referre sufficit, ne eorum dicta transcribam. Et ideò iniustè Instat Sertulus, quòd positiones habeantur pro confessis, multò magis cum, & aliæ exceptiones; seu defensiones obstēt assertæ petitioni. Quarum hæc vna est, quòd die cadentis termini aberant Iudices ambo, quorum etiam vnus multis sequentibus absuit diebus, ita vt nequaquā
4 Dominus Ecclesia, dici possit † contumax l. 2. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier., & l. arbiter si calendis ff. de arbitris Natta d. cons. 364 nu. 7. & est de mente Neuiz. d. cons. 6. num. 9.

Alia est, quòd ex tribus requisitis ad hoc, vt Reus habeatur pro confesso deficit vnū,
5 quod est litis contestatio † Bart. in l. 2. §. quòd si actor num. 4. C. de iureiur. propter cal. dan. sic enim, & statutum supponit litem iam contestatam ab eius ordino arguendo. Est & alia hæc videlicet quòd nunquam positiones habentur pro con-
6 fessis, quibus interrogatus non tenetur † respondere. Oria. in c. quoniam contra in verbo responsiones num. 2. extra de prob.

prob. Plot. cons. 52. num. 29. & probatur ex traditis per Bar. in l. eius qui delatorem nu. 3. de iure Fisci, & in d. §. quòd si actor nu. 4. Quòd autem non teneatur respõdere probatur pluribus rationibus.

Prima, quia iam fuerunt ab illustre D. Capitaneo Iudice primæ instantiæ reiectæ, cu
7 ius rei iudicatæ exceptio † obstat cum ab ea non appellauerit, cum vt infra ostendam esset appellabilis gl. in c. fin. in verbo vltra decendium in finali additione, vers. sed secundum de app. in 6. Quòd autem appellandum esset tradit Surd. decis. 36. per totam vbi dicit quòd non ob-
8 stante † stat. prohibente appellari ab interlocutoria, poterit tamen appellari ab interlocutoria, quæ reicit probationes.

Secunda est ratio, quia per eas partim interrogatur Reus de secretis patrimonij sui
9 de quibus respondere † non tenetur l. 2. §. 1. vers. quid enim, C. quan. & qui. quar. pars. Ripa in l. nemo potest num. 81. ff. de leg. primo, qui dicit hoc esse inhumanũ. Nec obstat tex. in l. fin. §. licentia il. 2. C.
10 de iure delib. Quia ibi supponitur † de credito nullam subesse controuersiam, dum de creditoribus, & legatariis loquitur tex. argu. l. qui testamento in prin. de test. Alex. Raud. cons. 17. nu. 118. par. 9. lib. 1. Pedroch. cons. 40. num 261. At hic de hoc controuertitur ergo debet ante omnia aliunde probari, maximè cum iam ex sententia lata, sit contra actorem,
11 qui succubuit præsumendum † Menoch. cons. 2. num. 92. qui dicit ordinem iudicij esse vt prius de præiudiciali quæstione cognoscatur: Cùm enim creditum sit
12 fundamentum legis, debet † de eo primo constare tanquam præsuppositọ glo. in l. mancipia, C. de ser. fug. quam notabilem dicit Rom. sing. 495. Fel. in c. nonnulli nu. 34. vers. amplia ista de resc. Soc. cons. 55. nu. 4. lib. 1. Dec. cons. 251. nu. 6. Natta cons. 32. num. 4.

Partim (vt ad secundam causam recusationis respondendi tedeam) interrogatur de eo quod iuris est nempè quanta dote sit digna, quibus similiter non esse respon-
13 dendum docent † omnes practici per l. ornamentorum ff. de auro, & arg. leg. Bellam. cons. 33. nu. 32.

Partim etiam de eo, quòd aliàs super eadem positione iuratum est, vt patet in primo processu. Ex quibus concludo obaudiendam esse Actoris petitionem.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Qui alterius obligationi accedit in dubio, censetur in subsidium adiunctus, & non principaliter vel insolidum.*

2 *Ex pluribus insolidum simpliciter obligatis, illius bona sunt prius excutienda, cuius est obligatio principaliter.*

CONSILIVM VI.

Lex tua Domine meditatio mea.



DOminus Baptista Nigola virtute instrumentorum in quibus simul cum D. Petro Antonio Merulo contraxit cum nob. quõdam D. Nicolao Venosta, non nisi prius excussis bonis D. Petri Antonij prædicti, ad quem solum negotium pertinebat, conueniri potest, tùm quia non legitur se in-
1 solidum obligasse, qui ideo † debet censeri in subsidium adiunctus in dubio iuxta tradita per Neuiz. cons. 66. num. 52. Bec. cons. 101. num. 44. & cons. 105. nu. 30. post Crau. cons. 234. col. pen. vers. 8. verba Dec. cõs. 423. n. 8. Ang. inter cõs. Bal. cons. 347. post Soc. in fi. lib. 5. per tex. in l. si quid venditor in fi. ff. de edil. edic. Tùm etiam quia, & si correi dici verborum cortice inspecta possent insolidum, tamen eum ad D. Petrum Anto-
2 nium solum contractus † vtilitas, & pretium peruenerit, etiam quòd insolidum verba sonarent, deberet alter prius excuti, vt docet in terminis Castr. in l. si vt certo §. si duobus sub num. 17. & 19. ff. loc. & cons. 331. num. 1. vol. 1. & ante eũ idem docuit gl. in §. 1. in auth. de fideius.

in

in verbo fideiussorem vers. item quid si cum qua transit Spec. in tit. de renunt. num. 18. Pap. in forma lib. contra plures reos deben. in verbo, beneficio nouarum num. 3. dicens communem Aret. consil. 32. Alex. Raud. cons. 20. num. 40. lib. 2. Quam opinionem, & sententiam tandē secutus est Senatus Pedemontanus referente Thesau. decis. 160. Quibus stantibus multo magis id in præsenti casu, quo id non exprimitur, admitti debet.

Laus Deo.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in termino statuti non formiter introducta deserta fit.*

2 *Appellatione deserta, non impeditur officium Iudicis a quo super executione sententiæ.*

3 *Appellationis Vulturenum statutum, c. 92. in fine non intelligi de irreuocabili firmitate sententiæ.*

4 *Nolle id quis censetur quod non dixit.*

5 *Interpretatio, quæ ius commune tuetur, omnino sequenda.*

ARGVMENTVM.

Colligitur ex breui indice præscripto

CONS. VII.

In Dei nomine. Amen.



Vlli dubium quin appellatio in termino statuto formiter non
1 introducta † deserta fiat, stat. in Ciuil. cap. 92. purpur. cōs. 6. Affl. ad constit. lib. 2. rub. 4. Et quin appellatione deserta coram eodem Iudice ad quem, adhuc duret nullitatis iudicium cum appellatione principaliter deductum, cuius inquam nullitatis causa manet appellatione deserta, per quam tamen Iudicis à quo super firmitate, & executione sententiæ
2 interim non impeditur † officium, vt per Bar. in l. si expressim nu. 10. & 11. ff. de appellatione. Rui. cons. 54. lib. 4. Crau. cons. 266. num. 8. Puteum decis. 172. lib. 2. Couar. prac. quæst. cap. 24. num. 8. in fi. Vant. in tit. quot & qui. mo. null. nu. 114. Alex. Raud. cons. 20. nu. 85. lib. 1. Neuiz. cons. 41. nu. 37. & seq. Nec enim
3 de irreuocabili firmitate, & † executione sententiæ statutum 92. in finalibus verbis accipiendum est, quod sic intellectum etiam restitutionem, & supplicationem excluderet, & a regulis iuris communis, valde augeretur recessus, quæ & ex eo colligitur interpretatio, quod statutum postquam in appellationis ingressu nullitatem cum appellatione coniunxit, de sola appellatione in præsumpta renunciatione concludit, Vnde argumentum
4 deducitur, quod non dixit, † noluisse uideri ad tex. in l. vnica, §. finautem. C. de caduc. tollen. & cum in appellationis desertione, & reuocabili firmitate, & executione interim satis operetur, eò magis hæc est sequenda interpretatio, quæ in
5 reliquis ius † cōe conseruat. l. quicquid astringendæ, & ibi Doc. ff. de verb. obl. & in l. 2. C. noxal. Idcirco in causa corā vobis probis uiris appellationis, & nullitatis iudicibus disputata inter Michaelē, & consortes del Vola ex vna parte, & illos del Polo ex altera, Dico, & consulo partes vestras esse in pronunciando appellationem quidem vtsupra desertam, sed in nullitatis iudicio ad vlteriora coram vobis nihilominus esse procedendum. In quorum fidem scripsi, & subscripsi.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Falsi pena tenetur, qui cum non sit, se gerit pro Doctore.*

2 *Item qui se gerit pro Notario.*

3 Item

4 *Item pro Medico.*
Medicus non debet ad artis exercitium nisi per examen admitti, nu. eo.
4 *Ratio naturalis pro lege sufficit.*
5 *Culpa Medici legis aquilia actione vendicatur, imò & criminali accusatione nu. 6.*
7 *Medicus semel approbatus potest iterum, imperitia eius cognita, reprobari.*
8 *Veneni venditio est, etiam non malo animo facta punibilis.*
9 *Malum venenum dicendum est etiam quod exterius applicatum occidit.*
10 *Mors cui alicuius sola culpa causam dedit pœna pecuniaria vendicatur.*
11 *Venenum sulimatum inter mala venena numerandum.*
12 *Venenum nullum est quo etiam ad medicamentum non vtamur.*
13 *Imperialibus priuilegijs vti non possumus in terris alienis, earum principibus inuitis.*

ARGVMENTVM.

De prohibito, sine publico examine Medicæ artis exercitio, & veneni comercio.

CONSILIVM VIII.

Initium verborum tuorum est veritas.



QVi de Inquisitionis capite primo ridet, non vidit Bar. in l. reddatur C. de profess. & med. vbi tradit in omni scientia facultate † eum pęna falsi teneri, qui cum non sit,
1 se gerit pro Doctore, qualem se iste facere non erubuit, & ideo, & in eo qui cum
2 non sit, se gerit pro Notario, † pœna statuta est vt per Capel. Tholos. q. 402. pro-
3 ptetea Medicum debere † prius a Medicis examinari traditũ existimo per Luc. de Pen. in l. Magistros n. 9. C. de profess. & med. lib. 10. & in d. l. reddatur nu. 3. vbi non esse hoc alicui permittendum sine approbatione a probatissimis viris, quamuis magnæ scientiæ munere glorietur, optimè scripsit quod & naturalis ra-
4 tio probat, quæ etiam pro † lege sufficit. l. scire oportet §. sufficit. ff. de excus. tut. ne scilicet cuiusq; arbitrio humana, & rationabilia corpora exponantur, & inde est, quòd in omnibus bene ordinatis ciuitatibus, quicunque volunt aliquod profiteri medendi exercitium, prius alicuius Collegij examini subijciuntur, & deinde Collegij approbatione dispẽsantur. Hinc etiam est, quòd contra istos actio, etiam
5 legis Aquiliæ † prodita est §. præterea in-
6 stit. ad l. Aqu. atque † criminalis accusatio, vt per Ang. in §. præterea nu. 3. instit. de le. aqu. quæ autem de medico, & medica arte Rei scribit defensor, habilia supponere necesse est, de quibus supra, vt sic iure iuribus concordent, nisi velit omnibus nomen medicum esse liberum, & cõmunicabile cum discrimine humanæ salutis, cui consulendi gratia etiam appro-
7 batus † potest iterum reprobari, Io. de Plat. in d. §. præterea Alex. in cons. 15. num. 2. lib. 1. Minus ergo debet hæc tã periculosa mortis, & vitæ facultas cuiq; temere concedi. Et ideò consueuerunt etiam Illustres istius Rheti Dominij Magistratus interdicere istis Thimedicis, vulgò, Zarlatani, eorum medicamentorum dispensationem, quò ore capiuntur, imò nec, quæ exterius applicantur; ab his sine licentia venduntur, quam licentiam debet præcedere, ex Medicorum approbatione, aliqualis cognitio. Vnde ex p̃dictis, authoritate, ratione, & exemplo ostendimus, æquum esse qui se Medicos profitentur, nulla publica authoritate probatos falsi debere pęna puniri saltem extra ordinem Iudicis arbitrio.

Secundum caput Inquisitionis minus cui tabit ex triplice capite: primò quia cùm pestilentius sit venenum, quòd exterius dumtaxat applicatum occidit, quòd sutum sulimatum, cicuta, mandragora, & similes nequeũt exterius efficere, sola est
8 ipsius venditio, etiam † non malo animo facta, punibilis, vt est tex. in l. 3. §. 1. ff.

ad

ad l. Corn. de sicar. Decian. Tomo 2.
crim. lib. 9. cap. 22. num. 9. Vnde si ma-
la habentur cicuta, salamandra, acconi-
tum, pityocampe, bupreolis, mandrago-
ra, & cantarides, vt per Alc. in l. qui ve-
nenum, ff. de verb. sign. multo magis
9 † hoc habendum est, quod extrinsecus
dumtaxat mortem consequitur: Et quod
hoc sit de genere malorum colligitur ex
Alex. cõs. 115. lib. 3. Nescio enim quod
possit atrocius venenum excogitari.

Secundò quia ex eius aquæ sulimatæ tradi-
tione mors secura fuit Bonetti, in cuius
mortis Reus in culpa fuit, non animaduer-
tens recipientem de ratione vtendi prout
de hoc constat nedum contrariæ proba-
tionis deffectu, verum etiam attestatione
defuncti, cui plura omnem tribui fidem
postulant nempè quod in agone versaba-
tur, & Eucharistiæ Sacramentum parum
ante sumpserat, qui magis ideò præsumi
tur memor suæ salutis. Morris autẽ cul-
10 pa pęnę pecuniaria † vendicatur, vt per
Menoch. de arb. casu 327. sufficit enim
quòd culpa præcedat casum Osasc. de-
cis. 104. num. 5. quæ hic ex qualitate rei,
ex tacito vtendi modo, & ex proclama-
tionum obstaculo probatur.

Tertiò, quia fuit prætorię legis præuarica-
tor illud sulimatum tradendo, & venden-
do contra proclamationes nouas, & vete-
res istius Magistratus, de quibus in pro-
cessu: Et quantum sit malum à ui, &
effectu ipsius nimis dignoscitur, & ab ip-
11 sius † comparatione cum eis, de quibus
scribit Alcia. in d. l. qui venenum, & à ra-
tionis identitate, cum qua prohibitio di-
spensationis statuta est, cum possit vene-
ficium aqua sulimata dolo culpa, vel ca-
su æquè cõmitti si enim sic exterius agit,
quantum interius bibita necabit? Nec
enim ideò malũ esse negari potest, quia
etiam ad aliquod apta sit medicamentũ.
12 Quoniam etiam † aliæ veneni species,
de quibus in l. 3. ff. ad l. Corn. de sicc. &
per Alc. in d. l. qui venenum, alicuius me-
dicamenti vim habeat, vt per Matthio-
lum, & Dioscoridem, nihilominus mala
nuncupantur per Alc. vbi supra. Nihil. n.
est quod aliquo effectu non sit bonum.
Vnde Gen. 2. & 3. legitur cuncta quæ
Deus creauit, esse valde bona.

Quanta autem fuerat ipsius temeritas, &
pertinacia de qua in tertio capite inquisi-
tionis artem medicam proclamationi-
bus inuitis exercendo, etiam quod ei ve-
niam medendi Illustris D. Capitaneus
pluries recusauerit, patet processu, vt &
ipsius Giornali, quo manifesta ipsius fit
ipsius audacia, & Rhetæ authoritatis cõ-
temptus Imperialis authoritatis asserto
prætextu, cum in hoc nititur. Rhetam po-
testatem subiicere dum contendit pro-
clamationes suorum Magistratuum ce-
13 dere † Imperialibus licentiis, & contra
eas asserto priuilegio æmulatur ad tradi-
ta per Cur. sen. cons. 65. nu. 16. Soc. iun.
cons. 100. num. 20. lib. 2. Alex. cons. 68.
num. 19. lib. 1. & cons. 11. num. 11. li. 7.

Sed posito etiam non vero, quod posset in
terris istis Imperium hanc voluntatem iu-
risdictionẽ in subsidium in subditos istos
exercere, dicat mihi defensor Rei quibus
habilibus constet hoc assertum nuncupa-
tum priuilegium, vbi personæ identitas,
& vbi relati probatio, & hoc de eo nunc
satis est, donec de iurisdictionis ratione
noua inquisitione agetur.

Respõsio autem ad proclamationes quibus
medendi moderatur facultas falsa est,
qua de ambitione accusantur, vt proba-
tur traditis supra in prin. authoritate, &
ratione legis, & Doctorum.

Quod autem multi sint periti, licet non ap-
probati fateor, quòd autem sui ipsius prę-
sumptione possit quis magistratu prohi-
bente, & inuito, & non cognita prius ab
eo ipsius habilitate, negatur consequen-
tia. Si enim Romanis æquum visum est
Medicos sexcentis annis exulare nonne
æquum videri potest prouinciarum Gu-
bernatoribus, quod non nisi cum causæ
cognitione admittantur? Sed cur nunc
de validitate edicti disputat, qui ipsius no-
bis confirmationem ab Illustrissimis Do-
minis præsentauit. Rescripto enim ca-
uetur quòd omnes veteres proclamatio-
nes inuiolabiliter obseruentur, qualis hæc

vna

vna est iam sub Illustri D. Capitaneo An tonio a Salis edita.

Pœnam ergo minori, vel maiori consilio no lumus eum euitare, qui Rhetam iurisdi-ctionem paruipendens Cæsarem appella uit.

Io. Franciscus Schenardus I. V. Doct. & Ill. Vallistellinæ præsidis Locum tenens.

SVMMARIVM.

1 *Lex: Erubescimus, cum sine lege loquimur.*
2 *Legitima est quota bonorum.*
3 *Legitima de sola substantia defuncti debetur.*
4 *Legitimam non potest Iudex arbitrari quod in pecunia soluatur.*
5 *Legitima non potest in re arbitari qua non sit de corpore hæreditatis.*
6 *Legitimam non potest filia in una re eligere.*
7 *Legitimam petens filia non potest cogere hæredes dare pecuniam in hæreditate existentem.*
8 *Legitima deducitur ex eo tantum quod superest deducto prius are alieno.*
9 *Legitima est incerta non cognito are alieno.*
10 *Masculi possunt fœminas in pecunia, vel bonis dotare stante statuto.*
11 *Legitima liquidationem debet præcedere valoris probatio, & æstimatio.*
12 *Sententia est nulla facta nulla præcedente probatione.*
13 *Iuramentum quando nequeat per mandatum præstari.*
14 *Mandatum ad iurandum quale requiratur, & qualis eius forma. & num. 15. & 16.*
15 *Interpretari debet lex prout fuit vsu recepta.*
17 *Forma statuti ommissa corruit actus.*
18 *Sententia est nulla, lata sine consilio petito si statuto disponitur quod causa consulatur.*
19 *Sententia nulla potest tamen confirmari si sit alter iusta.*
20 *Sententia contra regulas iuris, est nulla.*
21 *Sententia notoriè iniusta, uel cuius euidens est iniquitas non valet, & num. 22.*
23 *Iniquitas quando dicatur euidens.*
24 *Emere nemo cogitur inuitus.*
25 *Sententia forma traditur in iudicio nullitatis.*

ARGVMENTVM.

Legitima de quibus bonis, & quomodo deducenda.

De mandati ad iurandum forma & requisitis.

De pluribus sententiæ nullitatibus.

CONSILIVM IX.

Beatus cuius est in lege Domini voluntas.



Vt præsentis Consilij magis ex ratione, & aliorum authoritate, quàm mea veritas habeatur, & ne illud iuris me axioma improbet, quòd erubescimus, cum sine
1 † lege loquimur, §. neque illo in authen. de trien. & sem. vers. consideramus vbi gl. in verbo erubescim' Anch. iun. quæst. 34. Rota Auenion. decis. 2. nu. 5. Idcirco consultius puto, quòd præsens Consilium ab his præmissis rationibus, causis, & fundamentis incipiat.

Primò præmitto quod legitima, quam sibi
2 isti del Vola deberi prætendunt, est † quota bonorum defuncti auth. nouissima C. de inoff. testam. l. meminisse §. quarta de inoff. test. Bart. in l. ex facto col. 2. ff. de hæred. instit. Natta cons. 156. num. 8. Ias. in auth. nouissima. nu. 3. C. de inoff. testam. Boer. decis. 24. nu. 12. Crass. in §. legitima q. 1. nu. 2. Affl. decis. 162. nu. 2. & 382. nu. 2. Alex. cons. 45. num. 11. lib. 1.

Et ideo de sola ipsius defuncti substantia
3 † debetur, l. cum scimus, C. de inoff. testam. vbi omnes Ias. in l. non amplius, §. fin. num. 6. ff. de leg. 1. Crass. §. legitima quæst.

4 quæst. 15. nu. 12. Adeò vt ne dum † non possit Iudex eam in pecunia arbitrari, vt per Rub. cons. 156. num. 11. vers. & est
5 aduertendum. Sed neque † etiam in aliqua re, quæ non sit de corpore eiusdem hæreditatis Rube. d. cons. 156. num. 12. Quinimò nec ex ipsis bonis hæreditariis
6 potest filia † vnam rem pro sua legitima eligere. Et ideo etiam si pecunia in hæ-
7 reditate † adesset non posset cogere ad eam ipsi dandam hæredes secundum magis communem, vt per Rol. cons. 12. nu. 3. & cons. 28. numero 16. lib. 1. Rom. comm. concl. tit. de legit. concl. 4. num. 1. Crass. d. §. legitima quæst. 16. num. 4. & quæst. 17. num. 1. Multò minus cogentur ipsi pro legitima non hæreditariam pecuniam erogare.

Secundò præmitto quòd legitima minuitur ære alieno, quia ante legitimam deducitur primò æs alienum, deinde de eo
8 quod superest legitima † deducitur l. Papinianus, §. quarta, & §. quoniam autem, ff. de inoff. test. l. in imponenda, C. ad l. Falc. Bal. in l. quoties, C. de hæred. instit. Bart. in d. l. ex facto Crass. d. §. legitima, quæst. 1. nu. 3. & ideo dicit Ias. legitimam
9 esse † incertam donec non sit liquidatum æs alienum in d. l. non amplius, §. si. sub num. 11.

Tertiò, quòd statuti beneficio masculis indultum est arbitrium sorores in alterutro dotare, vt ex statuto in ciuil. cap. 185. de
10 cuius validitate † testatur Ripa in l. in quartam, ff. ad l. Falc. relatus per Crass. d. q. 15. nu. 4.

Quartò quandoquidem etiam legitima, quæ, vt dixi, est quota bonorum, poterit in pecunia arbitrari, nihilominus id præuia valoris probatione, & æstima-
11 tione † ferendum erat arbitrium per tex. in d. l. non amplius vbi omnes, & sententia quam nulla probatio præcedit est nul
12 la † ipso iure ex magis communi de qua per Imo. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 8. vers. vel potes etiam extra de const. Gabr. Rom. comm. concl. tit. de sent. concl. 9. num. 8. Franc. Monal. cons. 137. num. 1. lib. 1. & cons. 32. nu. 12. lib. 2. Quibus alij non adduntur cum non sit a magis communi recedendum, vt ibidem apud Monal.

Quintò præmitto quod iuramentum reformationis adeò ommissum vitiat sententiam, vt nec etiam per procuratorē specialiter constitutū præstari sufficiat, cùm aliud a partibus ipsis, aliud a procuratoribus præcisè exigat Reformatio, & quando statutum iuramentum à parte pro-
13 prium requirit non potest † mandato ministrari c. licet ex quadam detest. vbi Bal. Abb. & alij, Grat. cons. 28. num. 10. lib. 1. gl. in c. vt circa de elect. lib. 6. max imè
14 cùm non mihi constet aliter ex † vsu, & consuetudine reformationem interpretari, vt ibi per Grat. Caroc. tract. de iuram. decis. quæst. 9. decimætertiæ principalis nu. 5. Multo magis autem hoc iuramentum pro non facto habetur vigore generalis mandati ad iurandum præstitum, non habita in eo mandato iuramentorū distinctione, & differentia, quod idei
15 posset † de pluribus iuramentis effusè ṗdicari, nec per principales in eo mandato præstito prius iuramento, ad tradita per Castr. in l. 2. §. sin autem col. 1. C. de iuram. cal. vbi dicit per hoc plures posse infringi processus. Et licet Andr. Gheil. lib. 1. obs. cap. 83. num. 3. vers. tamen videatur iuramentum procuratoris per manda
16 tum ad causas † futuras ex obseruantia, & consuetudine Cameræ sustinere, tamē de eo mandato, eius sensus est, in quo saltem species iuramenti præstandi exprimitur, vt sub num. 4. subdit ibi se expressè mentionem &c.

Sextò præmittitur quòd forma statuti debet ad vnguem seruari, adeò vt ommis-
17 sa, actus † omnino vitietur, de quo statutum disponit, vt latè per Carp. in prælud. stat. Mediol. Achil. Pedr. cons. 1. 3. & 30. Clara autem est forma a statuto requisita, vt consilium sine iuramento editum pro non facto habeatur stat. in ciuil. cap. 84. & consequenter sententia ipsa sine
18 consilio † est nulla Vant. de nullit. prou. ex deff. iurisd. num. 152. vers. si verò,
19 præcipuè, quæ, nec in meritis bona † fuis

ex

ex traditis per Gasp. Cabal. ad Egidia. cunst. lib. 6. cap. 29. vers. si tamen post Bar. in l. 1. C. de sent. adu. Fisc. la. lib. 10. & in l. cum sententiam C. de sent. & interloc. omn. iudi.

Septimo, præmitto sententiam esse ipso iure nullam, cui legis casus aduersatur, &
20 quæ est contra regulas † claras iuris. l. 1. §. item cum, ff. quæ sent. sine app. rescin. l. si expressim, ff. de appel. l. 2. C. quan. prou. non est necess. c. 1. extra de sent. & re iud. Mathesil. sing. suo 20. Dec. cons. 8. imo & quæ est lata contra notorium
21 † iuris Fel. in c. quoniam contra nu. 26. vers. cessat difficultas extra de prob. Vant. de null. ex deff. proces. num. 126. Ad quod alia illa pertinet vulgata iuris conclusio
22 sententiam esse nullam cuius ‡ sit euidens, patens, manifesta, vel notoria iniquitas, seu iniustitia Crau. in repet. l. 1. n. 71. de leg. 1. Barb. cons. 10. num. 33. lib. 2. Francus decis. 148. nu. 7. Monal. cons.
23 32. num. 1. lib 2. Et † talis illa dicitur, in qua, vel error iuris ex ipsius sententiæ corpore apparet, vel falsum ius præsupponitur, quòd sit aliter iure, vel ratione expressum, vt consuluit Sfotz. Odd. cons. 20. num. 56. Prout est quod non de substantia hæreditatis hæres inuitus legitimam debeat, nec æris alieni, & eo magis nondum cogniti, nunquam debeat ratio haberi, Et quòd quotam in re consistentem inuitus emere, & pretio ex probatione valoris, vel æstimatione non cognito
24 retinere cogatur † contra regulam l. nec emere, C. de iure delib. l. non enim, ff. rerum amota. Boer. decis. 322. in pr.

Ex his ergo sequitur, nullitatis illatio, ad sententiam, quam isti del Vola, obtinuerunt contra Consortes del Polo, qui per eam primæ, secundæ, tertiæ, & quartæ præmissæ allegatione, & beneficio priuantur, & quintæ, sextæ, & vltimæ rationis patrocinio tuentur.

Quibus stantibus, & formam proferendæ
25 sententiæ sequens traditam † per eundem Vant. rit. Quot & qui mo. null. nu. 114. & 120. Dico, & consulo partes vestras esse in pronunciando sententiam illam nullam, nulliterq; prolatam, & perperam processum sententiatum, & definitum, condemnando partem in expensis legitimis, salua nihilominus parti facultate iuris sui noua petitione coram ordinario rectius prosequendi.

Schenardus.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus minoris neq; ratihabitione conualidatur, Declaratur nu. 6. & 7.*
2 *Contractus minoris quinquenij silentio postquam factus est maior, conualidatur & num. 6. vbi declaratur, & 7.*
3 *Quinquenium incipit a die impetrata uenia ætatis.*
4 *Minor post ætatis veniam impetratam liberè disponit.*
5 *Ratihabitio contractus inducitur ex solutione conuenta.*
8 *Geminata ratihabitionis vis quanta.*
9 *Geminationis virtus.*

ARGVMENTVM.

Agitur de materia l. fin. C. si mai. fac. ratum hab.

De venia ætatis, Et virtute Geminationis.

CONSILIVM X.

Lumen mentis donet nobis Iesus Sapientia Patris.



Iritur Ill. D. Iudex nunc D. Hortensius Quadri creditores suos, a quibus pecunias, & pretia plurium venditionum habuit, omnes ætatis exceptione illudere, & præcipuè D. Hieronymum Crottum, & quem D. Hortensium hoc argumentum fouet Aduocatus dicens, quòd contractus gesti à minore

à minore sint nulli, & iuris præsumptione
1 dolosè, qui nec ratihabitione † conualidentur, vt per Cur. iun. cons. 51. per totum Rom. comm. concl. tit. de min. concl. 4. & toto tit. ff. & C. de min. & ff. de rebus eorum. & C. de prædijs minorum.

Verùm illud fundamentum nil Crotto in præsenti casu obstare multiplici distinctione, & differentia ostendimus, decidendi hac ratione præmissa, Quod contractũ in minori ætate factũ a solemnitatis de-
2 fectu, tam decreti, quàm † Curatoris, ratihabitio post ætatem sequens, omnino confirmat, siue sit verbis, vel factis expressa, siue quinquennij tacita cursu, l. 1. & 2. C. si mai. facti ratum hab. lib. 2. & l. 1. & fin. C. eo. lib. 5. Bell. cons. 18. num. 16. Ceph. cons. 51. num. 12. & seqq. Caual. de Tuto. n. 146. Menoch. de recup. poss. Remed. 15. num. 150. & seqq. Alba cons. 11. num. 19. Dec. cons. 209. sub num. 4. vers. præterea Alex. cons. 117. nu. 2. lib. 5. Corn. cons. 36. vol. 2. & cons. 207. lib. 3. Gratt. cons. 47. in fi. lib. 1.

Ratihabitionem autem multiplicem Crottus ostendit, primo ex instrumento signato A. curiam ætatis venia præcessit, sig.
3 B. a qua † & tacitam ratihabitionem incipere scribit Alex. Raud. cons. 10. num. 128. qui nu. 117. dicit, quod post veniã,
4 non prohibetur † libere disponere post Castr. in l. 2. sub. nu. 8. C. de his qui ven. æt.

Secundo quia per annos quinque, sex, septem, tacuit & plures, in eis instrumentis permanens, tacitè contentus, quibus nũc contrauenire prohibetur ex traditis supra in ratione decidendi.

Tertiò ex instrumento venditionis signato C. quo plus precium bonorum vendens in instrumentis minoris precij iam recepti, tacitè saltem declarat insistere.

Quartò ex solutione fictorum facta annis
5 1600. 1601. quas fictorum solutiones † ratihabitionibus comparari est tex. in l. Paulus ff. rem rat. ha. & tradunt Caual. de tut. num. 147. Bello. cons. 18. num. 18. Menoch. cons. 29. num. 13. Dec. cons. 232. nu. 5. Cur. iun. cons. 51. nu. 9.

Quinto ex instrumento venditionis sig. D. in cuius precio ficta annorum 1602. & 1603. compensat, quibus stantibus contrarium duplici limitatione euiratur.
6 Prima, quod contrarium non procedit † in dolo præsumpto tantùm, quem lex, vel statutum ex sola solemnitatum ommissione (læsione remota) præsumit, quoniam aduersus eum lex super tali defectu expressè disponens ratificationem ex solo tempore induc̃it Caual. de tut. nu. 146. & 149. singulariter Gabr. Rom. cons. 13. per totum li. 1. & cons. 36. nu. 55. Rui. cons. 141. num. 6. lib. 4. Bal cons. 45 li. 2. Menoch. 29. num. 49. Osas. dec. 142. nu. 8. & 179. nu. 13. Affl. decis. 22 c. nu. 7 8. 12. 20. Ceph. cons. 51. per totum, Alex. Raud. cons. 10. num. 128. Paris. cons. 49. per totum li. 1. Menoch. de recup. poss. Rom. cons. 15. nu. 148. in fi. & nu. 179. Surd. cons. 49. nu. 43. lib. 1.

Secunda quod non procedit, quando dolus
7 est cognitus ratificanti, sed quando † duntaxat est ipsius doli ratificans ignarus, q. cessat in præsenti casu, gl. in l. 1. C. si mai. fac. lib. 2. Crau. cons. 151. num. 31. in fi. Paris. d. cõs. 49. nu. 45. & 52. Gab. Rom. d. cons. 13. & alij supra allegati distinguentes d. decis. 179. nu. 13.

Tertia, & in qua nullam est dare contradictionem, quia non in simplici tacita, vel expressa vna ratificatione versamur, sed in geminatis, triplicatis, & multiplicatis ratihabitionibus supra numeratis, vt in terminis huiusmodi geminatæ ratihabi-
8 tionis † consuluit Raud. cons. 10. num. 132. lib. 1. post Corsett. in tract. de verbis gemm. num. 20. vol. 1. Ceph. d. cons. 51. num. 18. vbi dicit per tot tacitas, & expressas verbis, & factis ratificationem esse expediendam.

Vniuersalis est enim geminatæ dispositionis virtus, vt illud validum faciat, & confirmet, quod alias simplex esset inualida
9 † ex latè traditis per Fel. in c. si cautio de fi. instr. Euer. in loco a vi gemin. & alijs locis communibus.

Cætera alijs supplenda relinquimus.

Schenardus.

SYM-

SVMMARIVM.

1 *Dos data filiæ dicitur paterna, & ideo comprehendi in statuto loquente de bonis paternis, etiam mortuo patre, & filiorum aditione secuta. & num. 2.*

3 *Statutum vbi disponit ius commune silet.*

4 *Dos soluto matrimonio, continuatur in dominio vxoris, quæ non dicitur eius dominiũ acquirere.*

5 *Dotem non dicitur uxor lucrari quicquid statutum 149. in verbo Guadagni, impropriè loquatur.*

6 *Lucrari dicitur qui sibi complacuit. & num. 7.*

8 *Res recuperata priorem assumit naturam, Exempla subijciuntur num. 10.*

9 *Lucrum assumit naturam, & qualitatem eius rei, quam perderet, qui lucratur, contrario euentu.*

Subijciuntur exempla nu. 10. 11. 12. 13. 14.

15 *Lucrum tale est qualis est dos vnde procedit.*

16 *Dotale dicitur esse lucrum, quemadmodum dos vnde lucrum producitur.*

17 *Paterna non, sed propria filij res dicitur post patris mortem, & aditam hæreditatem.*

18 *Dominium suum pater potest viuens in filium irreuocabiliter transferre.*

19 *Ab aliquo dicitur haberi quod nobis eius beneficio contingit.*

ARGVMENTVM.

Dos a patre profecta, & vxori soluto matrimonio restituta, an paterna dicatur ad interpretationem statuti Vallistellinæ 188.

Et quid de antifacto, quod vxor lucratur marito superstes.

CONSILIVM XI.

Lucerna pedibus meis Verbum tuum Domine.



TRia sunt, quę per fratrem consanguineum, & sorores defuncto vtrinque coniunctas disputantur. Primum an dos sororis defunctæ data à patre, quam restitutam habebat a marito prædefuncto paterna dicatur vel ne, ĩ qua verificari possit dispositio statuti nostri cap. 188. ibi *saluo nelli beni paterni*. Secundũ est quid de antefacto, qđ ipsa superuiuendo fuit lucrata. Tertium quid de bonis maternis: Super quibus pro resolutione dubiorum Sp. & eruditissimi D. Plinij Malacridæ requisitus, Primùm capio quod dico pro affirmatiua explicitè determinati in ea, quam pri-
1 ma † ftonte allegauit lege V. ff. de iur. dotium, quam inspecta mente, & disposi-
2 tione statuti præallegati, ad casum † quo fit morte patris, & filiæ aditione, dotis cõstitutio confirmata, extendo cum Soc. cons. 20. per totum, vel primò Menoch. cons. 115. nu. 58. lib. 2. Cuius statuti in bonis distinctione attenta frustra cum au-
3 th. † cessante, & sic itaque sorores insurgunt in loco statuti. Bal. in l. 1. ad fi. C. de arb. Ias. in l. 2. nu. 19. vers. item contrarium, C. si con. ius vel vtil. pub. Ceph. cons. 51. nu. 4. & cons. 59. num. 5. vol. 1. Non obstat sequens oppositio q̃ attendi debeat immediata causa acquisitionis, q̃ mors fuit mariti, Quia ad hoc duplex se offert responsio, prima, q̃ siue dos fuerit
4 in dominium mariti † collata, siue non, nõ dicitur per mortem mariti eam acquirere, sed in antiquiori acquisione cõtinuari. l. in rebus C. de iur. dot. Quòd autem statutum in verbo *guadagni* videatur innuere nouam esse acquisitionem, Respon-
5 demus id impropriè poni, quod, † probatur ex coniunctione dispositionis, q̃ circa lucrum mariti superuiuentis versatur. Cuius id esset consequens, quod

constante matrimonio, vel in bonis pri-
mi dotantis, vel in nullius bonis dos fuis-
set, in dotantis, hoc est vtile fratri, in nul
lius hoc est falsum, quia eam occupant
coniuges, §. fere. vers. quid enim instit.
de re diu.
Ergo quo ad dotem non dicitur propriè lu-
6 crum allegata l. in rebus. Nisi † dicamus,
quod ideò lucrantur, quia maritis super-
uiuendo sibi complaceant, vt eam alteri
constituant l. pen. iuncta gl. fi. ff. de cond.
ob cau. Lucrum enim facere dicitur, qui
7 suæ voluntati † satisfacit, Tiraq. in præf.
trac. de retrac. lign. num. 25.
Secunda est responsio, quòd & si ea esset
perfecta alienatio, tamen quandocunque
8 recuperatur † priorem naturam, qualita-
tem, & conditionem reassumit l. si mari-
to in fi. ff de iur. dot. l. si possessor, §. ait
Senatus in fi. de pet. hered. vbi res redi-
bita est hæreditaria, sic res recuperata vir
tute gratiæ adhuc retinet nomen patri-
moniale Soc. iun. cons. 20. num. 31. vol.
1. Dec. cons. 238. in fi. & Boer. decis.
78. Cassan. in cons. Burg. Rub. 4. §. pe-
nult. num. 5. Et est ratio quia est neces-
saria restitutio arg. l. si vnus §. pactus ne
peteret vers. quod & in specie, ff. de pac.
Quòd autem dicitur de immediata cau-
sa attendenda procedit in causa sui natu-
ra non resolutiua, quę ad instar postlimi
nij non extitisse fingitur Cassan. vbi sup.
Capio secundum dubium, in quo pro ratio-
ne decidendi ad eius fratris consanguinei
fauorem, illud attendendum est iuris a-
xioma, quod lucrum naturam, & quali-
9 tatem assumit † eius rei, in qua in opposi-
to euentu damnum contingeret tex. est
singularis in l. quod in rerum §. si quis
10 post ff. de leg. primo Hinc est † quod lu-
crum alicui per alluuionem contingens
assumit naturam eius rei, quæ in casu cõ-
trario diminueretur, l. si fundus de pign.
& l. si conuenerit §. 1. ff. de pign. act. Et
11 propterea lucrum efficitur † dos, si res
opposita dotalis est l. 4. ff. de iur. dot. Vel
12 lucrum seruiens si res † seruit l. hoc iure,
§. si alluuione de aqua quot. Vel pignora-
13 titium † lucrum, si opposita res sit talis
allegata l. si fundus. Sic hac ratione lu-
crum quod iure accrescendi nobis con-
14 tingit rei oppositæ assumit naturam † l.
si conuenerit §. si nuda de pign. act. &
d. l. 4. de iur. dot. l. item huic ff. de vsuf.
Et rationi, & legi congruum est, vt
quemadmodum dos paterna est, sic &
15 lucrum † contingens ex dote paternum
sit, vt est tex. formalis in §. 2. vers. san-
citum instit. per quas pers. cuique acq.
Ex dote autem contingit cum sit ex con
tractu dotali; In quo res paterna dota-
16 lis deducitur † ad tradita per Bar. in
l. Titium, §. alteri numero 2. vers.
si de communi, ff. de adm. tut. Qui-
bus stantibus ad argumenta in contra-
rium deducta per Dominum Motiuan-
tem sic respondetur. Ad primum quod
ideò non sit paternum, quia nullum ei
ius spectat in proprietate l. 1. C. de bo.
que lib. Respondetur inquam, quod
determinatio paterni, & non paterni in
materia statuti nostri non regulatur a
ratione proprietatis, vel dominij, sed
solùm a nomine, quòd patris benefi-
cio contigerit, patet quia statutum vo-
cat paterna post mortem patris, quæ
mors dominium, & omnia soluit, maxi-
17 mè † iuncta aditione l. sed si plures §. filio
ff. de vulg. Quinimò & eo viuente, potest
18 pater dominium a se abdicando † illud in
filium irreuocabiliter transferre, Cach.
decis. 125. nec sequeretur consequentia,
quod non sit propterea res paterna, & sic
prima elidetur contraria ratio. Eademq;
ratione tolluntur reliqua, quæ sequuntur
sumpta ex §. quia verò, & ex statuto, quod
illud deferre vxori dicitur. Quia dicta iu-
ra emanant determinationem dominij,
& proprietatis, quæ non inficior fuisse
propria filiæ defunctæ, non aũt ad exclu-
sionẽ qualitatis illius a statuto cõsideratę
quæ necesse est ab ea proprietate sit sepa
rata, cũ durãte dominio nõ sit dare casus
successionis, nec eius qualitatis cõsidera-
tio sit in esse deducta. Quinimò & dicitur
19 haberi a patre et † quod nunquam eius fuerit, si
mõ eius beneficio nobis accedat l. sed si plu
res, §. in arrogato in fi. ff. de vulg. & l. V. in
prin.

prin. ibi de bonis vel facto eius, Ad idem est tex. sing. in l. generaliter, C. de inst. & subst. vbi dicitur filium ex fructu paterno habere substitutionem, licet non a patre fiat, solum, quia testando noluit afferre praeiudicium, cùm tamen potuisset, vti in eo tantum casu substitutus, quo pater eius decessisset intestatus.

Ad tertium dubium, q. in bonis maternis versatur, fateor quidem in eis potiora esse iura sororum, nisi eas excludat finis, quam eas fuisse mihi relatum est, super qua, tanquam lege non perspecta, iudicare mihi incongruum est.

Ex quibus in dote, & antefacto puto ad laudem Dei fratris consanguinei defensioni satisfecisse.

Schenardus.

INDEX, ATQ. ARGVMENTVM Consilij Duodecimi.

1 *Sanctius est Iudicem denuò, Principem suum consulere, quam eius Rescriptum reiicere, de cuius validitate sit quaestio.*

CONS. XII.

Saluatoris nostri auxilio implorato.



IN causa coram vobis Illustris Domine Praetor, super admissione sententiae latę in proxima Dyeta, vertente inter Dominam Catarinam Trusinam ex vna, & D. Petrum Pinum, ac Horatium nepotem ex altera, Vidi sententiam primam Illustris D. Gulielmi à Monte, Secundam appellationis, & tertiae ab Illustribus Dominis latae confessionem ipsi conformes. Alteram eis aduersantem Illustris D. vestri praecessoris, quam nouissima Dyetae suprascripta confirmat, cum omnibus coram ipsis iudicibus singulariter referendo agitatis. Vidi etiam libellum, exceptiones, replicationes, & duplicationes coram vobis propositas, quibus ad vltimas validitatis quaestio refertur ex statutis 97. 113. & 188. in ciuil. & ex reformationis iuramenti defectu. Super quibus omnibus pro iuris responso consultus, Dico & consulo partes vestras esse (quoniam etiam multa facta tenent licet de iure fieri non possint) potius admittere, q̃ reicere, Sanctius tamen esse, quòd Illustris Dominus, Principem denuò consulat, & ab eo pendeat principis † oraculo. 1
In quorum fidem Bart. adducimus in l. a Diuo Pio in prin. num. 9. ff. de re iud. & in l. cum fideicommissum num. 8. ff. de confessis, meq; hic cum sigillo subscripsi.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vnius Territorij, non attenditur in alio vbi bona sunt sita, sed ea subiacent dispositioni iuris sui.*
2 *Statutum prohibens legari marito, vel vxori, non obstat legatario in bonis extra territorium statuentium.* contra num. 12. & 13. & 15. *Ratio num. 18.*
3 *Bona subiacent iurisdictioni territorij in quo sunt sita, non autem alterius.*
4 *Statutum in personam conceptum, & fauorabile, extenditur etiam ad bona extra territorium, & nu. 13.*
5 *Statutum fauorabile in personam disponens comprehendit subditum etiam alibi contrahentem.*
6 *Statutum prohibens legari inter coniuges, est fauorabile.*
7 *Statutum potest inhabilitare subditum suum quo ad omnia bona.*
8 *Interdicta administratio operatur etiam quo ad bona extra territorium interdicentis.*
9 *Locus contractus, & vbi nascitur actio ad cognoscendam eius validitatem inspicitur.*
10 *Actus a lege prohibitus, est nullus.*
11 *Actus corruit qui defectu causae efficientis impugnatur.*
14 *Bartoli authoritas quanta.*

15. *Doctores quam varij in quaestione an statutum extendatur ad bona extra territorium. & num. 16.*
17 *Decisionibus particularibus magis fidendum quam generalibus regulis.*
19 *Titulus vbi fieri non potest, habetur pro non titulo.*
20 *Statuti prohibentis legari inter coniuges, validitas probatur.*
21 *Fortior vis est statuti, cui subditus est vterque.*
22 *Forum sortiri, & legari statutis, paria sunt.*
13 *Statuto fieri potest quod de gestis in suo territorio nemo alibi conueniatur.*
24 *Marito, cui non potest directè legari, ita neque per suppositum legatarium ipsi restitui.*

ARGVMENTVM.

Statuta quae & quando extra territorium extendantur, & cons.
Statutum prohibens legari inter coniuges an obstet in bonis alibi sitis.

CONSILIVM XIII.

Dominus, meos dirigat gressus.



STatuto Comitatus Clauennae prohibetur vxor vltra certam summam marito legare. Quaeritur an illud statutum marito obstet in bonis vxoris alibi existentibus vbi ius commune seruatur.

Videtur indubitati iuris esse marito illud nõ
obstare, cùm statutum vnius territorij nõ
1 † attendatur in alio, nec bona alterius af-
ficiat, quominus in eis ius illius loci, vbi
bona sunt, municipale, vel commune ser
uetur l. fi. ff. de iurisd. om. iud. Bal. in l.
cunctos populos col. 11. vers. dixi de sta-
tutis C. de sum. Trin. Et fid. Cath. Alex.
cons. 155. col. 1. lib. 7. latè Rol. à Val.
cons. 80. per totum Cur. iun. cons. 110.
sub. num. 7. Idem Bal. in l. si arrogatur,
col. pen. vers. & facit ad plures ff. de ad-
opt. Pancir. cons. 12. nu. Tiracq. tract.
primog. quaest. 46. num. 2. & Gheil. lib.
2. obs. cap. 124. num. 8. & num. 10.
Bru. tract. de stat. exclud. fem. quaest.
25. Sylua. cons. 40. num. 34. Alba. cons.
761. nu. 49. vbi de communi.

Et in terminis legati facti ab vxore, vel mari-
to contra prohibitionem statuti, quod ex
2 ita † territorium legatarium non impe-
diat, firmat, Bal. in d. l. cunctos, & in l. si
arrogatur col. pen. vers. & facit ad plures
ff. de adopt. Alex. cons. 155. sub num. 4.
lib. 7. Rol. d. cons. 80. sub num. 36. Pan-
cir. d. cons. 12. num. 6. Natta cons. 514.
nu. 11. & 18.

3 Ratio adducitur, quia bona alterius †
territorij non subiacent iurisdictioni sta-
tuentium, meritò non debent ab alienis
statutis determinationem recipere, vt
per Alban. cons. 761. nu. 50. Burs. cons.
189. num. 62. lib. 2. Bec. cons. 62. num.
Rol. d. cons. 80. nu. 25. ad fi. Natta cons.
514. num. 17.

Consequenter marito ad legatum agenti in Ciuitate Comi non obstabit replicatio statuti.

Quibus tñ non obstantibus in casu praesentis controuersiae, & in terminis statuti prohibentis meritò legari, qđ vxoris legatũ quo ad omnia vbique bona sit nullum, & irritum, & tale statutum operetur vniuersalem effectum, sustinetur sequentibus rationibus, & fundamentis.

Primò eorũ oĩum authoritate, qui dicũt sta-
tutũ in psonã cõceptũ fauorabile ad exte
4 ra bona extẽdi, † quã originaliter tradit
Bar. in l. cũctos n. 32. C. de sum. Trin. & fi.
cath. Ceph. qui plures allegat cõs. 309. n.
24. Rube. cõs. 16. in fi. & cõs. 45. Alex. cõs.
16. col. 1. li. 2. Cur. iun. cons. 9. p totũ vbi
de cõi, Cass. ad cõsue. Burg. Rub. 4. §. 7. in
fi. Alcia. cõs. 10. n. 6. 17. cõs. 8. n. 9. & seq.
li. 2. & cum Bar. cõem fatetur Rol. in con-
trarium allegatus d. cons. 80. nu. 4. Calc.
cons. 33. nu. 14. Rim. sen. cons. 575. n. 1.

ad fi. & num. 15. Alcia. conſ. 34. nu. 8. li.
2. Rom. cõm. concl. tit. de ſtatutis concl.
8. n. 1. & 3. Sign. de homo. conſ. 166. nu.
6. verſ. ſecundo caſu. Et in hac ſententia
ſi benè inſpicitur, reſidet etiã Natta pro
contraria allegatus d. conſ. 514. num. 25.
volens fauorabile extendi.
Qua ratione, nedum bona, ſed etiam perſo-
nam ſubditam extra dominium exercen
5 tem actum prohibitum, a ſtatuto † com-
prehendi voluerunt. Corn. conſ. 241.
num. 4. li. 2. Alex. conſ. 41. nu. 5. li. 5. vbi
in ſpecie præſentis legati Silua. conſ. 31.
nu. 8. Rim. ſen. conſ. 575. num. 2. vbi in
ſpecie iſtius ſtatuti, latè Surd. conſ. 343.
n. 19. Ruin. cõſ. 160. n. 3 lib. 4. Idẽ Corn.
conſ. 232. vbi de hoc ſtatuto nu. 2. li. 4.
Tiraq. tract. ll. cõm. n. 219. & ſeq. Caſs. ad
conſu. Burg. Rub. 4. §. 7. in fi. n. 16. Lanc.
Gall. ad conſu. Alex. præfat. 8. nu. 1.
Hoc autem ſtatutum fauorabile eſſe patet
6 † plurium ſupra allegatorum ſententia
præcipuè Alcia. d. conſ. 8. num. 14. Silua.
d. conſ. 31. ſub. nu. 7. & Menoch. cõſ. 11.
nu. 9. Natta conſ. 514. nu. 16. poſt Bar.
in d. l. cunctos populos, qui in hoc ſtatuto
exemplificat, licet non eſſe fauorabile
ſenſerit Barb. conſ. 120. num. 7. lib. 1. &
Burſ. d. conſ. 189. num. 60.
Secundo in eandem me mouet illa ratio, q.
7 ſtat. poteſt omnino inhabilitare quò † ad
omnia bona ſubditum ſuum l. fi. ff. de de-
cr. ab ord. facien. vt præciſè tradit Saly.
in d. l. cunctos col. antepen. verſ. confir-
matur ſecundo relatus per Ceph. d. conſ.
309. num. 30. Alex. d. conſ. 41. num. 6.
Sign. de hom. conſ. 166. nu. 9. verſ. ſed.
hæc, Sicuti bonis interdictus etiam in
8 eis quæ extra territorium † ſunt interdi-
ctio obſtat Rom. conſ. 39. ad fi. & col. 2.
verſ. 5. Et idcirco in deciſorijs, vbi præci-
puè agitur de validitate, & potentia a-
ctus, & de facultate teſtandi, ſeu contra
9 ctus eſſentia, inſpici locum vbi actus †
factus eſt, & obligatio, vel actio naſci-
tur, tradit Myſing. obſer. cent. 4. cap. 82.
Alex. conſil 41. numero 4. lib. 5. Ruin.
conſ. 160. num. 3. lib. 4. Calc. conſ. 33.
n. 14. Corn. d. conſ. 232. nu. 5. in fi. Idem
10 Alex. cõſ. 155. n. 4. li. 7. vbi cum actus †
prohibitus ſit nullus. l. non dubium C. de
legi. & ibi Doct. Corn. conſ. 89. nu. 1. li.
Conſequens ergo eſt quod nullum pro-
ducat effectum l. nam & ſi verſ. poſt. ff. de
iniuſto, & irri. teſtam. Ne vna & eadem
res diuerſo iure cenſeatur l. cum qui ædes
vbi Bart. ff. de vſucapio.
11 Sed totus omnino † corruat, cum ſit effe-
ctus in cauſa efficienti Bal. conſ. 439. ſub
num. 4. verſ. cum igitur lib. 4.
Et in terminis nr̃is, atq; in indiuiduo q. hoc
ſtatutũ ad bona extra territoriũ Clauẽnę
12 † & alteri⁹ iuriſdictionis extendat, & qđ
cõſequenter oĩa hæres nõ legatari⁹ mari
tus capiat, affirmat Bar. in d. l. cũctos n. 32.
qui ab oĩbus ad hoc, & in huius concluſio
nis ꝓbationẽ allegatur, Cõſuluit Rõ cõſ.
39. p totum ẽt in caſu magis dubitabili.
Plot. cõſ. 17. n. 30. & plurib⁹ cõprobat de
ciſionẽ iſtã, & longa diſputatione tuetur.
Lanci. Gall. in præf. 8. ad cõſue. Alex. n. 6
Alex. cõſ. 41. n. 5 li. 5. Caſſan. d. §. 7. in fi.
n. 16. verſ. quan̄ ũ Capra conſ. 21. nu. 1.
Reſtat [illegible] reſpondeamus, Et
ad primũ obiectum in quo fecimus regu
lã generalẽ negatiuã dicimus contrariã
13 † cum Bar. quam firmauimus in ratione
decidendi eſſe veram, & communem, te-
ſte etiam Iaſone conſ. 163. col. 2. lib. 2.
Nec enim a ſententia Bart. cui tot eximię
authoritatis Doctores adherent, receden
14 dum eſt in opinionum † conflictu, vt in-
quit Gram. conſ. crim. 4. nu. 8 & deciſ. 63
nu. 13. Neuiz. Syl. nupt. li. 5. nu. 25. verſ.
& nũc veniendo, Et cum ex eius ſenten-
tia Bar. & ſequatium conſtet præſentis
articuli in quo de legato vxoris, & ſtatu-
to prohibitiuo agimus, in contrarium ve-
ritas alia non eſſet reſponſione opus.
Sed vt defenſio exuberet hæredis, Reſpõde
tur ſecundò, q. ſi benè inſpicimus quos
allegauimus in contrariam ſententiã pro
culdubio apparebit in terminis ſimplici-
bus, in quibus loquitur Bart. Et qui eum
ſequuntur, cõem eſſe affirmatiuam pro
hærede contra legatarium, cum allegato
15 rum in contrarium † Alij ſupponant te-
ſtamentum extra ẽe factum vt Bal. in l. ſi

arrogatur, Pancir. & Alex. d. conf. 155.
Alij domicilium aliò translatum, alij in
casu diuersi statuti, & omnino odiosi, vt
exclusiui matris, Fœminarum, secundo-
geniti, vel cognatorum, alij in testatore
aliũdè ducente originem, Alij in causa in
testati, Alij in non subdito, quorum om-
nium diuersam esse rationem inquit Gal
lia. d. præfat. 8. nu. 13. subdens ideò es-
se cum Bar. intrepidè transeundum. Et
16 de qua Doctorum † varietate agit etiam
Ceph. d. conf. 309. num. 68. & Bal. in
d. conf. 439. in fi. dicens posse hinc inde
rotari in tanta iuris obscuritate, Meritò
non debemus nos nodum in scirpo quæ-
rere, cum ad determinationem quæstio-
nis nostræ habeamus singulares decisio-
nes, quibus iustius est adhærere, q̃ in gene
17 ralibus † regulis vagari, vt nos docet Pa-
ris. conf. 47. num. 39. lib. 3. Newz. Syl.
nupt. lib. 5. lim. 8. nu. 72. Feli. in c. 1. nu.
6. in fi. de præscript.

Non obstat ratio allegata ad contrariæ opi-
nionis tutelam, q. scilicet bona extera nõ
subiaceant iurisdictioni statuentium, quia
respondetur in casu nostro maritum ex-
cludi non ea ratione, quia bona per ex-
tensionem subiiciantur iurisdictioni sta-
tuentium per priuationem, Capra d. cõs.
18 21. num. 9. Sed quia † maritus non ha-
bet titulum validum, quò extrà vincat
hæredem, & sinè actione expetitur ex eo
19 † titulo qui factus est, vbi fieri non po-
tuit, & vbi nullus est, & vbi nulla nascitur
actio, & pro non scripto habetur Alexan.
cõs. 41. nu. 8. li. 5. Et de cuius statuti validi
20 tate † non est hæsitandũ, Alex. cõs. 128,
li. 7. Burs. conf. 189. li. 2. nu. 1. Legauit. n.
Vxor vbi legare inhabilis erat, & vbi potẽ
tia caret, & qui locus in validitatis quæ-
stione spectatur vt supra dixi in secunda
21 rõne decidendi: Multò † magis cùm sta-
tuto esset subditus vterq; Rui. conf. 195.
col. pen. li. 2. & conf. 48. col. 1. li. 3. Cald.
conf. 34. de Testamen. Tiraq. de primo-
genit. q. 45. n. 4. Sign. de homod. cõs. 166
col. 3. vers. vnde si Alex. d. conf. 41. nu. 8.

Imo marito optimè ratio retorquetur, non
ideo audiendum Comi ex testamento, q.
nullum est Clauennæ, ne videatur ciui-
tas iurisdictionem exercere in terris alie-
nis, quod faceret, si vellet Clauennæ hoc
fieri posse legatum inuitis statutis, & ibi
concedere quod a suo Principe prohibe-
tur, & limitationẽ dare statuto. Ibi enim
& contractus, & originis, & domicilij ra-
tione forum sortimur, vt toto titulo ex.
de fo. comp. & per Boss. praxi crim. tit.
22 de fo. comp. Paria autem sunt † forum
sortiri, & ligari statutis. Gl. & Doct. Etsi
bona, quæ Comi sunt, vt diximus in ra-
tione dubitandi, non debent a statutis
Clauennæ determinationem recipere,
Neq; etiam testamentum, vel contractus
Clauennæ debet determinari a iure Co-
mensi, quocunque ipsi ibi vtantur, sed
debet eum relinquere sub sui prohibitio-
ne statuti, Et cum de validitate testamen
ti ad statuta loci illius determinatio per-
tineat, vt supra late probaui, sequitur
eum, qui illo vtitur alibi nullitatis ab hæ
rede exceptione repelli facit quod tra-
dit Borgn. Caual. decis. 2. numero [illegible].
in fi. vbi scribit statui posse quod de ge-
23 stis † in suo territorio nemo extra ter-
rito[illegible] conueniatur. Ergo debet
statutum v[illegible]tur, vbique de iur[illegible]us
cius testamenti att[illegible] er-
ritorio debet actionem inu[illegible]
in suo testamentum non produ[illegible]

Vnde ex prædictis denique con[illegible]
bona, quæ erant, D. Thausinæ d[illegible]
tàm intra, quàm extra territor[illegible]
tuentium ad fratrem suum hære[illegible],
Baptista Trussono marito exclu[illegible] perti-
nere, quem nil iuuat D. Franc[illegible] Scotti
suppositio, qui marito pretium restituat,
quoniam per huiusmodi fraudes nil agit
24 testator, nec statuti virtus † nec hæredis
immutatur conditio, Barb. conf. 12. nu.
7. vers. idem esse lib. 1. Plott. d. conf. 17.
nu. 27. & seq.

Et ita, saluo rectius sentientis consilio, dico,
& consulo.


Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum fauorabile extenditur etiam ad bona extra territorium.*
2 *Statutum quod debet ad literam intelligi, disponens in vxore, non habet locum in marito.*
3 *Verba vbi non conueniunt non conuenit dispositio.*

CONSILIVM XIV.

Super eadem facti specie.



Licet docta sint, & elimata, quæ allegata sunt per Dominum Consultorem fauore hæredum Teusinæ de Gagio ad destruendum, legatum Bapeistæ Trussono eius Vito per dictam Tausinam contra formam statuti loci Clauennæ factum, eo potissimum fundamento, quòd statutum prohibens virum relinquere vxori vti fauorabile extenditur etiam ad bona extra territorium sita, vt videtur magis cõmunis opinio, vt vltra per D. Consulentem
1 allegata, nos quoque asseruimus † in nostro tract. de mulier. contrac. in glo. 2. in vers. mulierum num. 33. vbi infinitos citauimus concordantes, & inter alios Dec. Cur. iun. & Alber. Brun. de communi attestantes, tamen animaduertendum est, quòd dictum statutum prohibet virum relinquere vxori, vti etiam hic Comi, sed per hoc non prohibetur vxor relinquere viro, illumq; instituere, saltem quando additur in statutis, quòd verba statutorum intelligantur ad literam, seu
2 ad contextum † vt iacent, vt disponit statutum Comi pen. in ciuil. ita Plo. in repet. l. si quando num. 434. vbi concor. citat. C. vn. vi. & præterea Gabri. de legi. concl. 3. num. 5. & Baret. cons. 22. si statutum per totum, vbi etiam citat Anca. Regien. & quia Statutum nostrum Comi, quod est sub num. 179. in ciuili, concedit viro, vt possit vxorem relinquere dominam, massariam, & vsufructuariã, ita tamen, quòd dictus vsufructus non excedat alimenta dictæ vxoris, & interim non possit vxor exigere dotem, iam cum ista verba non conueniant viro, non censetur prohibitus vir institui ab vxore, quia cui non conueniunt verba legis; aut statu
3 ti eidem non conuenit † dispositio l. dies cautioni, §. prætor ait, vti notant omnes de dam. infect. & ita in terminis nostris tradit Plot. in d. l. si quando num. 434. in fin. & ita seruatur in hac Ciuitate, quòd vxor potest legare marito, & illum instituere absque controuersia.

Stephanus Lambertengus Nouocomen. I. V. Doct. saluo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod debet ad literam intelligi, non extenditur de persona ad personam.*
2 *Statutum prohibens relinquere vxori, censetur prohibere etiam relinquere marito.*
3 *Correlatiuorum quorum eadem est ratio, dispositum in vno, censetur dispositum in altero.*
4 *Correlatiuorum virtus remissiuè. num. 4.*
5 *Expressum illud censetur quod statuentes interrogati respondissent.*
6 *Statuentes censentur interrogati idem voluisse in quo eadem est ratio.*
7 *Potestas requiritur in omni actu.*
8 *Potestas deficit cum quid iure prohibetur.*
9 *Dare quandoque est peccatum, licet non sit peccatum accipere.*
10 *Correlatiuorum pœna in vno, censetur & in altero.*
Decl. remissiuè num. 11.
12 *In pœnalibus quandoq; fit extensio ex rationis identitate.*
13 *Indiuidui actus pœnam luunt omnes etiam quòd non eadem sit omnium culpa.*
14 *Inæqualitas est inimica legibus.*
15 *Determinatio respiciens plura, æqualiter agit in omnibus.*
16 *Prohibita donatione inter viuos, censetur*

etiam prohibita per vltimam voluntatem.

17 *Obseruantia est optima legis interpres.*

CONSILIVM XV.

Super eodem facti themate Authoris.



IN præcedenti Consilio meo existimans difficultatem omnem in sola territoriorum differētia versari, in ea sola collēda laboraui, cuius resolutioni se excellens D. Lambertengus subscribens ex iam traditis per eum in trac. de contr. mul. glo. 2. in ver. mulierum num. 33. implicitè fatetur in propositæ quæstionis determinatione nil ad causam pertinere iura, quibus exteri vtuntur, sed ea sola inspicienda, quæ in loco conditi testamenti disponunt quòd & latè in consilio defenditur, & inanè aliàs esset affirmare, quòd statutum prædictum ad bona extra extendatur, si quæstio ipsa deberet ab extero iure determinari, Et si hoc est verum, quòd etiam in confesso habemus, dicat mihi D. Lambertengus, qua ratione nostræ cōsultationi contradicendo vtatur Statuto Comi de statutis ad literam vt iacent intelligendis, Quod Statutum si etiam Clauennæ extaret vbi factum est legatum,
1 consilio D. Lambertengi vtique † & ego subscriberem cum Catel. Cotta in verbo littera dicitur Plot. in repet. l. si quando num. 434. de in litem iur. Gab. Rom. comm. concl. tit. de leg. concl. 3. num. 5. Menoch. consi. 11. sub num. 3. Anch. iun. quæst. famil. 27. nu. 6. Cur. iun. consi. 6. num. 7. Sed cùm illud Statutum Clauennæ non habeant, apud quos est consequenter latior interpretandi facultas, in præmissa consultatione etiam adlegati fa
2 cti ab vxore marito nullitatem † non dubitaui insistere cum Curt. sen. in consil. 11. per totum Ias. in l. vlt. num. 18. C. de indic. uid. toll. & in toto consi. 112. lib. 5. Crott. in l. omnes populi num. 185. ff. de iust. & iur. Ripa in Rub. de acq. poss. nu. 7. Laur. Sylua subscribens consiliis aliorū cons. 31. per totum, Ruin. qui dicit mariti, & vxoris eandem esse rationem, in cons. 174. num. 9. vers. & ex hoc lib. 1. quem sequitur Rol. cons. 60. num. 37. li. 1. Dec. in l. 2. n. 6. C. de in ius voc. Rom. in d. concl. 3. num. 4. Plott. d. reper. l. si quando nu. 434. quicquid idem respondent vt postulanti consilium seruiret cōs. 17. num. 71. Oria. tract. de interpr. stat. num. 37. Idem Ias. in l. non tantum col. 2. ff. de re iud. Tiraq. tract. de ll. connub. par. prima, gl. 1. num. 77. Menoch. cons. 136. num. 11. Qui etiam consil. 11. nu. 18. dicit difficile esse ab hac opinione in practica recedere, & in hac, nisi ex serie statutorum colligitur diuersitatis ratio, residere legitur. Anch. iun. d. q. 27. nu. 2. & 3. Feron. in suis Comm. tit. de test. 5. 17. col. fin. Borg. Caual. tract. de vsufru. mul. leg. nu. 124. Neuiz. consil. 95. num. 21. Berthol. Romul. Albanus, & alij, quos in hanc sententiam refert Laneill. Gall. qui tamen contrarium ipse tuetur ad cōstit. Ancon. in verbo vxori nu. 36. Quorum rationes, & ad contraria argumenta resolutiones non scribo, quoniam esset solùm armis alienis pugnare, & aliorum scripta referre. Hoc tamen non [illegible] silentio præterire quòd data horum correlatiuorum rationis paritate, d[i]spositi[o]
3 in vno ad alterum extendi † conceditur eorum plerique, qui prædictæ concl[usio]ni aduersantur supposita rationis [di]uersitate, quorum vnus est Soc. sen. cons. 74. in fi. lib. 3. Ceph. cons. 408. nu. 52. Plot. cons. 17. nu. 71. vers. ergo statutum. Lancill. Gall. in gl. prædicta vxori num. 44.
4 Et de qua correlatiuorum virtute latè † agit Euer. in loco à vi correlatiuo. Rom. tit. de legi. d. concl. 3. Modò quòd non eadem sit ratio in vxore, dictum mihi vi detur admodum inanè, quia quòd non sit data in vxore amoris paritas imò similis, & maior in maritum reuerentia, timor, & metus, maiorque mariti in vxorem potestas, maior vis impulsiua in fœminam subditam viro in qua leuius est consilium,

filium, & minor libera testandi facultas
ab alieno fere, cui paret imperio pendẽs,
5 quòd statuentes, quia † interrogati re-
spõdissent, censetur expressum gl. fin. in
l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Alex.
cons. 116. num. 22. vers. respondeo, vol.
2. Franc. decis. 91. num. 23. & decis. 92.
nu. 2. & decis. 113. Bec. cons. 74. nu. 27.
Alex. Raud. cons. 36. num. 128. li. 1.
Quòd sic autem respondissent simillima
6 imò eadẽ, & maior ratio † ostendit Viu.
decis. 284. num. 4. & 10. Achil. Pedroc.
cons. 32. num. 72. & cons. 40. num. 157.
& seqq. Rota Auen. decis. 133. num. 6.
Sicque ex prædictis patet a correllatiuis
insolubile argumentum in proposita fa-
cti specie, in qua inficiari nemo potest.
quominus vtrunq; ratio comprehendat.
Quam argumentationem, Soc. in d. cõs.
74. Curt. iun. in d. cons. 6. & Plor. sibi
contrarius d. cons. 17. nisi sunt diuidui,
& indiuidui actus differentia tollere, vt
tunc eadem ratio in correlatiuis de vtro-
que disponat, vt prohibito vno dare, cẽ-
seatur alter prohibitus accipere, sed id ex
natura, & virtute correlatiui negamus
procedere, sed ex potestatis defectu quã
7 ad † contractum perficiendum lex in v-
troque requirit Menoch. cons. 1. nu. 259.
Mart. Vrau. cons. 4. num. 6. lib. 1. & cons.
8. nu. 14. & cons. 24. lib. 2. Raud. cons.
15. num. lib. 2. Qua potestate caret
8 vterque † faciendi quod lege prohibetur
c. quæ contra de reg. iur. in 6. l. non du-
bium ff. de legi. & l. nemo potest ff. de
leg. 3. Viu. decis. 321. per totam. Nec
ad hoc responsio obstat quam facit idem
Curt. iun. d. cons. 6. num. 6. quod accipe-
re nõn prohibetur, nisi hoc operaretur na
tura correlatiui, cum quãdoque dare, nõ
9 † accipere, sit peccatum ex notatis per
Io: Andr. & Canonistas in c. & super eo.
extra de vsur. & per Imo. in c. debitores
in vlt. col. de iureiur. Anchar. in cle. 1.
in prin. in 3. quæst. de vsur. quia replica-
tur id ex rationis diuersitate determina-
tum, cum sit in vno recipiendi, non in
altero dandi necessitas, quæ recipientẽ
excusat c. quod non est de reg. iur. lib. 6.

Ex quibus ostenditur quod si ad indiui-
dua tantum natura correlatiui restringa-
tur inutilis fiat, & sine virtute operandi.
Quod absurdum prospiciens Curt. d.
cons. & num. 16. dicit in hoc operari, vt
pęna in vno ad alterum quoque exten-
10 datur † & vt pluribus exemplis legitur
etiam apud Luc. de pen. in l. 1. C. de Cu-
pr. ex lucro &c. Sed hoc harum partium
alternatione confunditur, Aut id dicit
ex natura euenire correlatiui solius, Et
hoc nihil nobis aduersatur, qui & correla
tiui, & eiusdem rationis, ad diuidui ex-
tensionem supponimus concursum, vl-
11 tra quod † non verum diceret vt per Ias.
in l. fin. num. 9. ff. de in ius voc. aut ex ui
eiusdem rationis tantum, & non euita-
tur in correlatione inutilitatis consequen
tia. Aut ex correlatiui, & eiusdem ratio
nis coniũctione, & sequeretur indiuiduo,
correlatiuo, & ratione disiunctis nunquã
fieri extensionem in pœnalibus, & ipsis
vnitis nonnisi circa pœnam, correlatiui
naturam versari. At vtrunque est falsũ,
12 primum quia etiam † pœnalia quando-
que ex sola ratione extendimus, vt pa-
tet limitationibus 21. Franch. in c. 1. ex-
tra de remp. ord. num. 5. vers. quod limi
ta. vsque in fin. & aliis limit. 24. apud
Crau. tract. de antiq. temp. par. 4. sect.
videamus nu. 37. Pedroch. cons. 40. nu.
161. post Ias. & alios in l. cum quidam
de lib. & posthumis. Secundum quia
etiam circa non pœnalia correlatiuum
versatur, vt patet exemplis, & similibus
de quibus per Ias. & omnes in l. fi. ff. de
indic. uid. Toll. & Pet. Euer. in loco a cor
relatiuis. Ergo necesse est de diuiduo a-
ctu, correlatiui natura intelligatur, quo-
niam in actis indiuiduis non, correlatio-
nis, sed indiuiduitatis sola est ratio, quæ
dispositionem vtrique agenti communi-
cat etiam pęnalem, & etiam quod non
13 eadem sit omnium † culpa, vt per Ang.
cons. 326. ex themate & actis nu. 4. vers.
verum, quia, Multò magis si in vtroque
existit, ne inter eundem actum agentes
14 inequalitas seruetur inimica † legibus,
Ceph. cons. 753. nu. 23. lib. 5. Soc. cons.
98.

98. in fi. lib. 1. Et ne vna determinatio
15 respiciens plura † determinabilia censeatur ex inæqualiter diffinire quorum eadem est ratio, & est vnicus actus l. iam hoc iure vbi Doct. ff. de vulg. Bec. consi. 101. num. 65. Correlatiui ergo virtus in actis diuiduis agit, & maxime in præsenti nostra disputatione agere debet, in qua duplex correlatiuum coniungitur videlicet mariti, & vxoris, dantis, & accipientis, quod ideo plus etiam debet operari ad not. in l. reconiunctі. ff. de leg. 3. Mago. dec. 82. Flor.

Ex quibus iterum pro hærede contra maritum legatarium concludimus his multò magis confirmationibus iunctis prima, quod alio statuto cap. 79. ita inter coniuges tollitur donatio, vt nec etiam morte confirmetur, quod etiam de vltima vo-
16 luntate intelligitur ex traditis † per Tiraq. ad l. si vnquam verbo libertas num. 121. Nec aliud est legatum quàm donatio, §. legatum instit. de lega. Altera q; hanc etiam in eo comitatu interpretatio
17 nem obseruantia † recepit, quæ est optima legis interpres, l. minimè ff. de legi. Corn. cons. 107. num. 12. lib. 2. Dec. cons. 156. num. 4. in fine.

Schenardus.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitri partium confidentes nullum tenentur sapientis consilium sumere aut requirere.*
2 *Statutum cogens Iudices ad sumendum consilium sapientis, non trahitur ad Arbitros.*
Extensio quando facienda in statutis eo.
3 *Statuti de stricta, & passiua interpretatione.*
4 *Consilium assumptum, arbitri sequi non tenentur.*
5 *Arbiter debet habere liberam volantatem.*
6 *Arbiter debet habere voluntatem a nullo dependentem, & num. 25.*
7 *Arbitri personam non egredimur, vt alteri valeat uices suas committere. & 23.*
8 *Arbitrorum eligitur industria dum facultas datur quomodo illis libuerit iudicandi.*
9 *Arbitri industria censetur electa.*
10 *Arbitri in personam alsa substitui minimè potest.*
11 *Arbiter a sapientis Consilij necessitate. Solut. 9.*
12 *Clausula compromissi, quòd Arbitri cognoscant sola facti veritate inspecta, effectue est, vt arbitri iudicaturi sint tanquam Deus ipse.*
13 *Clausula consimili, cēsetur data Regia manus.*
14 *Regia manus nullo moderatur consilio.*
15 *Consulendus Consultor, suspectus esse non debet, sed in quem partes conueniant.*
16 *Consultoribus, vel arbitris imperitis electis, maioris peritiæ qualitati censetur renuntiatum.*
17 *Verbum potest nullam imponit necessitatē.*
18 *Inducta in augmentum, non possunt diminutionem operari.*
19 *Consilium post statutarium terminum editum sperni potest, Et etiam imperfectum*
20 *Arbitri plures disiunctim, sententiam proferre non possunt, neque dua simul. sertio non citato, & 24.*
21 *Verbum concordendi[illegible] omnem discrepantiam excludit.*
22 *Arbitri vnius assertioni, sibi [illegible] quoque esse commissas, non credit[illegible]*
26 *Compromisso petito, perit Iudicis Iurisdictio in causa compromisso supposita. & nu. 27.*
28 *Iudex quicquid agit, nil agit, ex iur[illegible] nis deffectu, causa compromi[illegible]a.*
29 *Iudicis gesta nulla cuius iurisdictio sit a lege, aut homine suspensa.*
30 *Nullitas ex deffectu iurisdictionis nullo censetur quamquam pregnanti statuto exclusa.*
31 *Iudici nullum est preceptum contra Arbitrum, vt certam proferat sententiam.*
32 *Compromissum non valet si obligetur Arbiter certam ferre sententiam.*
33 *Arbitramento nullo, Arbiter non dicitur officio functus.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Compromissis, & Arbitris quod non teneātur sumere consilium, nec sumptum sequi; Et quid de Arbitris disiunctim iudicantibus, Et nullam esse Ordinarij potestatem in causis compromissis.

CONS. XVI.

Adsit virtus tua Domine.



X serie facti, quæ mihi proponitur, plura hæc discutienda colliguntur quorum determinatione tota concluditur consultatio.

Primò, an Arbitri partiū confidentes tenerentur, vel ne consilium sapientis requirere.

Secundò an saltem requisitum tenerentur sequi.

Tertiò an eorum arbitramenta separatim prolata, vel alterum eorum saltem valeat quod statuti cap. 54. executionem sortiatur.

Quartò an saltem vi prætoriæ authoritatis, quæ præcipuè Pauli Tertij arbitramento accessit, eius validitas iure sustineatur.

Et in singulis decisiuè acturus primum capio, in quò negatiuè concludens dico ip-
1 sos arbitros nullius consilio sumendo † fuisse obnoxios per tex. l. item si vnus, §. idem Pomponius, ff. de arbi. Bal. in l. illa institutio ibi in fi. gl. in verbo sapienti, col. vlt. de hær. instit. Abb. in c. quintauallis n. 44. extra de iureiur. & in c. si pro debilitate vbi Dec. nu. 11. vbi de communi extra de offi. deleg. Nec ideò statutum ca. 82. de consilio sapientis in iudiciis, non de omnibus per modum regulæ indiffe-
2 renter disponens ad arbitria † debet extendi secundum doctri. Bar. in l. prætor. §. erit differentia, ff. bon. rapt. Ratione
3 etiam strictę, & † passiuæ interpretationis, de qua per Ias. in auth. nouissima, nu. 24. C. de inoff. testam. Dec. in c. quæ Ecclesiarum col. 2. de constit. & in c. si pro debilitate col. 5. de off. deleg. Bart. in l. sciendum nu. 4. & Ias. num. 4. ff. qui stat. cog. Crau. cons. 236. nu. 8. Bec. cons. 96. num. 5. vbi de communi.

Sed positum (secundum quæsitum ingressus) quod illud requirere fuissent obliga-
4 ti, quod illud tamen tenerentur sequi † negamus argu. l. Titium, & Meuium, ff. de admin. tut. quod in specie quæstionis nostræ firmat Bart. in d. §. idem Pompon. & in l. 1. §. si plures num. 15. ff. de exerc.
5 act. Reddens rationem quia † arbiter debet habere liberam eius voluntatem, quæ a nullius pendeat arbitrio. Idque esse adeo de substantia arbitrij, vt possit æquè, & iniquè sententiare, l. diem, §. stari. ff. de arbi. per quam eandem rationem, eandē
6 † istius secundi quęsiti decisionem, sequūtur Ang. in cons. 272. Dec. in d. c. si pro debilitate col. pen. vers. quarto & vltimo Bur. cons. 90. num. 51. lib. 1. Vant. trac. nullit. tit. ex def. iurisdic. nu. 152. vers. idem si Menoc. trac. de arbitr. iud. quæst. 23. nu. 7. vbi in terminis statuti de consil. sap. lib. 1.

Confirmatur vtraq; prædicta conclusio vulgari hac altera, quòd arbitri personam
7 † non egredimur, vt alteri valeat vices committere Bal. cons. 296. num. 2. lib. 1. Multò minus in casu statuti nostri cap. 54. & præsentis compromissi, quorum verba legali, *com'a lor piacerà*, ostendūt
8 † personarum industriam electam ex traditis per Doct. in c. fin. extra de off. deleg. & de verbis, *integrità, prudenza, scienza* consuluit Rim. cons. 351. num. 19. Imò
9 in dubio industriā censeri electam † probat Mascar. de prob. concl. 595. Cum autem est personæ industria electa, nunquā
10 potest ad vnum alterius persona † substitui l. 1. §. 1. ff. de off. eius vbi per Dec. nu. 28. & omnes, & c. fin. allegato l. inter artifices, ff. de sol. l. 1. §. de his vbi gl. in verbo nullius alterius de separat. Et in specie
11 quod sit a sapientis consilij necessitate † solutus,

solutus. Idem Rim. d. cons. 351. num.
20.

Pondero, ad corroborationem prędictorum
statuti prædicti clausulam: summariè de
plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola
12 facti veritate inspecta; cuius † clausulæ
effectus, est vt sic valeant iudicare. vt
Deus ipse, & esset iudicaturus Io. Bapt.
Asin. in sua praxi §. 3. cap. 3. nu. 4. Dec.
in c. quoniam contra col. 2. vers. tertio no
ta extra de prob. post Aret. in §. bonæ fi-
dei col. pen. & fin. & ibi Ias. nu. 45. instit.
de act.

Quinimò per illam clausulam censeri tradi-
13 tam facultatem Regiæ manus † scribit
Osas. decis. prima nu. 30. Idem Asin. d. §.
3. num. 12. post Lanfran. in cl. sæpe vers.
& figura, & vers. libellus de verb. signifi.
Quæ quidem Regia manus nullo mode-
14 ratur † consil o l. princeps, ff. de legi. Nat
ta cons. 512. per totum lib. 3.

Minus verò dictum consilium fuisse sequen-
dum altera hac ratione in præsenti con-
trouersia concludo, quia illud iure, & cō-
muni, & municipali inspecto fuit infor-
miter sumptum: Communi inquam iure,
quo debet Consultor esse vtriusque par-
15 tis confidens, ita vt suspectis penitus †
exclusis, illi soli Iudex scripturas trans-
mittat in quem partes conuenerunt Bal.
in cons. 170. num. 3. li 3. & in l. 1. C. de re
lat. & in add. ad Specul. tit. de requis. con
sil. per tex. in c. quod sæpe in authen. de
trien. & sem. vbi gl. & c. statutum, §. asses-
sorem de rescrip. in 6. vbi gl. colligit prac
ticam Asin. §. 25. cap. 26. in fi. Municipa
li verò siue ex forma cap. 82. arguamus,
siue ex verbis cap. 54. ibi confidenti.
Quibus clarè ostenditur, partes etiam in
iudiciis minimè cuiusque consilio teme-
re comitti: Multo verò magis per istos
arbitros potuit eius consilium sperni, cu-
ius personæ fuit a Cinis expressè contra-
dictum.

Quibus duo non obstant, quæ a parte oppo-
nuntur, & primò, quod cum statutum
54. requirat arbitros esse legales, con-
gruum fuerit hanc qualitatem consulto-
ris adiuncti suppleri, quia respondetur,
quòd cum partes ipsæ se se in his perso-
nis bene complacuerint, cēsentur suæ na
turalis æquitatis arbitrium secutæ, maio-
16 risque peritiæ qualitati renunciatum †
Fulg. cons. 13. col. 2. vers. illud porrò.
Aliter vt supra scripsi, nec compromis-
sum in eos valeret, cùm de arbitrarij iudi
cij substantia sit independenti libertate
potiri, vel potius compromissum corrue-
re, ex reg. l. cum præcario ff. de præcar.

Non obstat secundo aliud, quod allegatur
statutum cap. 56. quia respondetur pri-
mo illud statutum, quod vtitur verbo
17 *possit* nullam † imponere necessitatem. l.
nō quicquid de iud. Soc. iun. in l. gallus
num. 30. de lib. & posth. Raud. cons. 34.
num. 28. lib. 1. Respondetur secundò,
statutum illud, vt eius verba, & sensus o-
stendunt, ad arbitrariam potestatem au-
gendam, & potestatis cum ordinaria cō-
parandæ minoritatem tollendam esse
scriptum, vnde sequitur ad diminutio-
18 nem † operandam non posse retorqueri
§. si mancipia ff. de fun. instruc. Becc. cōs.
111. Respondetur tertiò, quod pertinet
ad arbitramenti validitatem effectū, vel
impugnationem in iuris communis dis-
positione relinqui in verbis finalibus ibi,
reseruato &c. Ergo etiam in quo si hic an
arbitramentum spreto consilio sustinea-
tur, iuri communi standum erit, ne ipsius
deffectu contraueniatur.

Hicque nec aliquos casus prætereo, quibus
etiam Iudex consilium non obstante sta-
tuto cap. 82. inobseruatum relinquere
19 potest, quorum vnus est, si fuisset post †
terminum statutarium 20. dierum a con
sulente editum, vel aliquid consultor reli
quisset indecisum Soc. iun. cons. 63. nu.
1. 4. & 7. Alio prætermisso quem Soc po
nit nu. 10. si iudici videatur consilium ini
quum.

Nunc tertium capio quæsitum, in quo simi-
liter negatiuè concludo nil valere, quod
seorsum faciunt, & disiunctim, nisi saltem
20 duo simul, & concorditer † tertio tamen
citato conueniant l. item si vnus §. item
si plures, vbi Bar. & gl. in l. non distingue
mus, §. cū in plures ff. de arbi. Sign. hom.

cons. 104. num. 11. Bar. in d. §. item si plures, Rota Lucen. Cam. Lep. Relat. decis. 106. col. 5. vers. secundo non Crescē. decis. 2. de arbi. nu. 3. Hocque elicitur ex eodem statuto in verbo *concordemolmente*
21 quod omnem discrepātiam † pœnitus excludit, vt secus factum non valeat Alex. cons. 124. num. 1. 2. & 3. li. 2. Adeò vt nec assertioni vnius quod alter sibi vices
22 commiserit † vllo modo credatur. Rota Luc. d. decisione 106. & col. suprascripta. Aret. cons. 33. nu. 5. in tertio, & quanto præsupposito Alex. cōs. 213. viso sub nu. 4. lib. 2. vbi de magis communi, Cur.
23 iun. cons. 166. num. 13. Vltra, quod † nec committi posse tradit Io. Bapt. Pitus in tract. de comprom. cap. 14. lib. 6. Rota vbi supra. Minus precipuè valere potest illud quod D. Paulus Malacrida tertius fecisse asseritur, vti quod duobus aliis defectibus laborat citationis, & certitudinis; Præsupponitur enim mihi, quòd non fue
24 rint ad secum conueniendum † reliqui Collegæ citati vt necessarium supra probaui ex statuto, ex Bart. in d. §. item si plures, & alijs: Certitudinis autem quia suū laudum in conditione ponit, si consilium sequi tenetur, quæ aliud iudicium expe-
25 ctat, & ideò † non valet. l. non distinguimus, §. quæsitum ff. de arb. & l. quid tamen §. Pomponius ff. eo. Rom. cons. 141 in prin. vers. secunda.

Nunc superest vltimum quæsitum, si nostrū responsum volumus legibus hærere, negatiuè absoluamus, nil scilicet prædictis obesse quicquid secus fecerit prætor, cu-
26 ius iurisdictio in causa, quæ † debet ex statuto compromitti, statim perit compromisso petito, Bal. in l. Plot. in repet. l. si qā nu. 162. C. de in litem iuran. Blan. trac. de compromiss. quęst. 6. num. 18. Vbi quòd
27 statim desinit esse † Iudex Lancill. tract. de attent. par. 2. cap. 15. num. 183. Rota Luc. Cam. Lepido relatore decis. 78 num. 17. vers. suadetur Aug. cons. 235. Et ideò in causa compromittenda, & eo magis iam deinde compromissa, nullum
28 est quicquid † ipse agit iurisdictionis defectu. Idem Lancill. d. tract. cap. 12. amplia. 17. num. 4. Id enim perpetuum est
29 in omni causa, per Iudicem gesta † non valere, cuius est iurisdictio a lege, vel homine suspensa. Vant. tract. de nullit. process. tit. ex def. iurisd. nu. 128. per tex. in c. quia diuersitatem de concess. præbē. & gl. in c. præsenti in verbo cautelam de sent. excom. in 6. textus in l. cum quærebatur. & in l. acta, §. de ff. de re iud. & l. 1. §. fin. de quæst. & in l. diui fratres, ff. de
30 pœnis. Adeò vt hæc nullitas nullo † censeatur, quamquam prægnanti statuto exclusa. Vt per Vant. ibidem Rom. com. concl. tit. de statut. concl. 3. post Alex. cons. 145. num. 2. vol. 5. Osas. decis. 42.

Sed magis in specie quòd nullum sit præto-
31 ris præceptum, quo arbitri cogantur † certam ferre sententiam est tex. formalis in l. qualem, ff. de arbi. cuius vna necesse est quod sit ratio prædicta perhemptæ scilicet iurisdictionis compromisso iam facto, Alia quia arbitrorum libertas debet vt supra scripsimus vinculo alterius imperij, vel consilij pœnitus esse soluta, Adeò vt
32 nec compromissum † ualeat pacto quòd arbiter certam ferat sententiam, vel alterius consilium sequatur, Egid. Bellam. cons. 24. num. 1. Et alij plures de quibus supra in primo, & secundo quæsito, Ergo Prætoris minùs valebit tale præceptum.

Nihil consequenter ex supradictis facienda est eiusdem D. Prætoris confirmatio, quę de alterius arbitri arbitramento ab eo legitur facta, quod etiam hoc dilemmate ostendo, aut arbitramentum per se valebat sine facto Prætoris, & factum ipsius inutiliter abundat, aut nil valebat, & non potuit ipse confirmando quod non erat, causam diffinire, qui vt supra probaui, in ipsa causa ad instar priuati hominis fuit compromisso redactus.

Eo magis cum arbitramento nullo non dica
33 tur arbiter officio † functus Ang. qui loquitur de nullo ex eo quod arbitri separatim fecerunt in cons. 152. in fi. & legitur loco 11. comm. vtriusque iuris sent. tit. 12. Maximè etiam ad confirmationem citatione ommissa vulg. l. de vnaquoque

quoque, ff. de iudicijs.

Quibus omnibus articulis sic vtsupra discussis, hac in causa ista vertenti inter istas Communitates, consequens est conclusio, dicta asserta tria arbitramenta, quæ disiunctim singuli fecerunt, esse nulla, aliudque arbitramentum per eosdem, vel alios concorditer repetito compromisso esse expectandum, ita quòd arbitrorum libertas nulli teneatur consilio parere. Et ita consulo.

Schenardus.

S V M M A R I V M.

1 *Diuisio nemorum, & pascuorum quomodo fienda recitantur varia opiniones, & nu. 5.*

2 *Bona qua communitates possident præsumuntur aliorum largitione quæsita.*

3 *Largitionis debet fieri æqualis interpretatio.*

4 *Aes & libra de quibus bonis componatur.*

ARGVMENTVM.

Communalium pascuorum, & nemorum diuisio quomodo facienda.

CONSILIVM XVII.

Deus illuminatio mea.



AGitur in vniuersitate quadam pascuorum, & nemorum diuisio, quæ qualiter facienda sit à Iurisconsultis petitur responsum, quorum vnus ego minimus inter eos hoc edere meum incipio, licet mihi satis difficilè in tanta prudentum varietate. Antonius Thesaurus enim decis. 71. re inter duas communitates in Senatu maturè discussa refert, quòd diuisio
1 æqualiter † fieret, fuisse decisum: Decianus consilio 49. num. 22. & seqq. lib. 5. post Alberic. Bertran. Ripam, Crau. & alios dicit pro rata prædiorum, quæ quisque possidet in eo territorio, & onerum, quæ sustinet ibi: Surdus conf. 65. nu. 25. & seqq. lib. 1. pro rata prædiorum, & registri diuisionem determinat: Menoch. de arbitr. casu 245. id totum iudicijs arbitrio relinquit: Vultureni eximij consultores, quos vidi per æs, & libram quæstionem absoluunt, Mea quam subiiciam Menochij potius sententiæ adhæret, quæ priusquam aperiatur, operepretium existimaui aliquid prius de aliorum sententijs differere, Et primò Thesauri decisio quæ de duabus vniuersitatibus agit, ad casum vnius, q̃ diuidatur, nil pertinet, quoniam cùm bona huiusmodi ad vni-
2 uersitates illas ex aliorum largitione† venisse præsumantur, vt per Inn. in c. rela-
3 tum de testam. debet largitionis fieri † æqualis interpretatio, l. si pluribus, & l. duobus ff. de lega. primo Deciani consultatio nequit nostris communitatibus accommodari in quibus abundant qui bona possident, quorum onera sustinent Forenses, multique onera sustinent bonorum, quibus alij fruuntur, & bonorum multa sunt, quæ pascuis non indigent culturæ inseruientibus, vt idem Decia. agitur ibi. Sic etiam opinio remouetur Surdi cum registrum, quæ animalibus nõ indigent bona comprehendat, & quibus animalia non vtuntur, quæ pro aliorum cultura inculta depascunt, & cum ea apud nos abundet confusio, vt de quibus est mea possessio in registro fiet nomen alterius. Quibus eisdem rationibus etiam nostratum concidit opinio, præcipuè cũ
4 æs † & libra maiora subiiciat, de quibus p
5 Rol. conf. 66. lib. 1. Mea est † inquam cũ Menochio sententia quamplurium aliorum authoritate confirmat, quòd hoc debeat Iudex ex æquitate diffinire, in qua ratio versabitur cuiusque necessitatis, vt primo nemora pro rata necessitatis, & indigentiæ diuidat, eorumque pars maiorem mensuram capiat quantum etiam ligna maiora consumit. Tantumque de

pascuis

pascuis consequatur quantum animaliū quantitas capit ad ratam, quam ex prædiis, quæ possidet sustinere potest, & prædiorum cultura requirit. Ita tamen quòd sola sine saltem vtili dominio naturalis possessio nil ad hoc examen pertineat. Et ita iuris esse censeo, saluo rectius sentientis consilio.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 Edictum quòd vnus pro altero delinquente conueniri possit iniquum.
2 Edictum tale neque a supremo Principe potest edi.
3 Edictum simile iuri communi repugnat.
4 Magistratus inferior, non potest contra ius commune statuere.
5 Omissi a statuto casus regulantur iuxta normam iuris communis.
6 Senatus excelsorum Rhetorum non potest statutis subditorum derogare populis communitatum dominantium inconsultis, nisi prout stat. 113. & nu. 7.
8 Magistratus edicto iniusto, quomodo occurrendum.
9 Iuramentum illud non esse exigendum quod difficile est posse rectè impleri. & nu. 11.
10 Laqueus nemini iniiciendus.
12 Iuramentum quod est difficile posse impleri Iudex deferens homicida dicitur.
13 Iurandi frequentia, & facilitas detestatur.
14 Iuramentum neque iudiciale, admittitur necessitate cessante.
15 Iuramentum quod defertur a Iudice eisdē potest causis recusari, quibus quod defertur a parte.
16 Principi causam asserenti, non creditur.

ARGVMENTVM.

Duo prætoris edicta impugnantur vnum, quod in delictis vnus teneatur pro altero de parentela: Aliud quod quilibet de vniuersitate bladum suum teneatur iuramento in libro publico confiteri.

CONS. XVIII.

Illustris Domine Prætor.



AVdio Vniuersitatēm iurisdictionis vestræ tantum in vestra integritate, cuis iam fama testis est, confidere, vt solis exhibitis vobis rationibus, & legibus non dubitent illis consensum vestrum, quem sciunt solius iustitiæ virtutem intueri, habere conformem, hanc scientiam, & confidentiam præsens mea arguit sermonis institutio, quam edi, sui sollicitauerunt Agentes, qui dum his vobiscum solis contendunt, vos ius, & iustitiam venerari fatentur. Duo sunt, vt propositum ingrediar, super quibus quid iure sancitum sit me referre requirunt. Primùm an teneat capitulum illud vestri edicti, quo vnum pro altero delinquente conueniri posse cauetur, eique parere teneantur. Secundum an dictæ Vniuersitatis iusta sit recusatio iurandi, prout tenore alterius proclamationis facere iubetur.

In primo, (pluribus omissis, quæ de iniqui-
1 tate talis statuti, seu legis † scribit Dec.
in consil. 359. vbi tale edictum reprehendit ex iure diuino, & ciuili, qua stante nec
2 a supremo † Principe fieri posse attentari posset ex traditis per Bal. inter cōsilia crimin. cons. 5. num. 9. lib. 1. Decian. tract. crim. li. 2. cap. 38. nu. 28.) Illud non esse exequendum refero hac ratione ductus,
3 Quod, cùm iuri † saltem communi repugnet, quo vnum ex delicto alterius, non teneri dispositum est, vt in tit. C. ne fil. pro patre, vbi Bal. & Doc. Dec. vbi supra
4 Menoch. de arb. casu 345. Non potest † Magistratus inferior contra illud quicquā statuere, vt nos docent Bar. Ias. & Doc. in l.

in l.cunctos populos C.de summa Trin.
& fid. cath. Bal.Imo.Alex. & Ias. in l.ne-
mo potest de leg. 1. Viu. comm. concl.
opin. 753. Gaspar Caball. in comm. ad
constit. Marchiæ nuncupatas Egidianas
lib.2.cap.51.nu.1. Et traditur loco secū-
do comm.sent. tit.8. cap. 1. vers. statuta
condere.

Tanto magis cum stantibus statutis cap. 2.
in ciuil. c.105.in criminalibus disponen-
tibus in casibus ommissis seruandum es-
se ius commune illud consequenter sit
Vallistellinæ statutum nil authoritate
5 differens ab † alio statuto, vt tradit Bor-
gn.Caual.decis. 35. lib.1.num.31.

6 Quibus consequens est nec ab Illustribus †
Oratoribus in Dyeta congregatis, cùm
hoc sibi ex stat. cap. 113. Excelsæ Com-
munitates reseruauerint, superinde aliud
statui posse teste Decia. d.c.34.num. 41.

7 Saltem ipsius † Principis deficiente con-
firmatione, vt ab eodem Decia. mone-
mur lib.eodem cap.37. num.10.

Cum ergo ex prædictis dicti edicti pateat in
iustitia, illi obstandum, precibus, & recur
8 sis ad † superiores, asserūt gl.But.& Doc.
in c.2.de maio.& obed. Marsi. Vran. lib.
1. cons.3.nu.29.

In secundo autem cum cuicunque prudenti
se euidentia exhibeant errorum equiuo-
cationum captiositatum, & periuriorum
pericula, quæ ex momentanea alteratio-
ne, numeri errore frequenti, additione, &
diminutione quotidiana quam & homi-
nis factum, & naturæ progressus efficere
experientia docet. Dico a tali iuramen-
ti delatione esse abstinendum, in quo prō
9 pta † est aliquorum licet sine dolo periu-
riorum verisimilitudo, vt tex. est in §.nos
igitur in auth. de nupt. Menoch. trac. de
arbitr.iud.casu 192. num.2. qui hoc per
plura similia exempla exornat, quibus cō
similia tradit Vran. cons.3.nu.13. & 14.
Vbi ex Butrio in casu huiusmodi iuramē-
ti periculosi scribente, subdit intentioni
legislatoris esse remedio pœnæ consulen
10 dum. Nemini † enim iniiciendus est la-
queus, c.de viduis secundo 27. q. 1. Et
laqueum esse astringere ad iurandum, qđ
11 difficile est † rectè posse sine periculo im
pleri dicit idem Vran.num.14. Quinimo
12 Iudicem talia iuramenta † deferentem
homicidam asserit Menoch. d. casu 192.
num. 3. Adeò enim huiusmodi periculis
iura occurrunt, vt nos ideo frequenter iu
13 rare † prohibeant, c. & si Christus extra
de iureiur. Luc.de Pena, in l.1.nu. 9.C.
qui mil. possunt. Hoc idem cauendum
Deus noster omnipotens nos docet Ec-
clesiast.c.23.iurationi non assuescat os tu
um. Nominatio Dei non sit assidua in
ore tuo: Quàm diuinam mentem, licet
gentilibus, & paganis incognitam magis
ipsi, quam Christiani venerantur, si Plato
nem legimus dialogo 12. de legibus sic
dicentem: Ex foro litigantium iuramen-
ta prohibenda, quippe quod facilè illa-
queari credimus, & paulò inferius sub-
dens, nam si iurandi licentia in ciuitate
cuique dabitur, vbi plura ad Iudices quo
tidie deferuntur, omnes penè periuri
erunt.

Quæ multo magis, vbi causæ alicuius ne-
cessitas abest, procedunt, cum nec *iudicia*
14 *le* † tūc admittatur, vt habetur ex Bart. &
omnibus in l.manifestè, ff. de iureiur. Et
qua ratione illud quod defertur a parte
15 recusari potest eadem † & hoc quod de-
fertur a Iudice inquit Vran.d.cons.3.nu.
26. Quod si cum causa Illustris Prætor
facere dicat, debet de ea constare, vt de
16 Imperatore aliquid faciente ex *causa* †
consuluit Dec. cons.358.nu. 6.

Ex quibus, vt in ratione decidendi iam retu-
li, concludo intentioni vestræ, *Illustris*, &
prudentissime D. Iudex, *non per iuramē-
ti* delationem, sed per condecentis pœnæ
comminationem esse consulendum pro-
ut & suprà exemplo Iurisprudentum al-
legaui.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Venenatus an quis esse præsumatur casu quàm hominis facto.*

2 Fama

2 *Fama delicti inducit præsumptionem venenum ex hominis facto processisse.*
3 *Malum illud præsumitur quod mali speciem habet.*
4 *Veneficium esse delictum ex personarum pluralitate, & vniformitate accidentium elicitur.*
5 *Ratio naturalis pro lege sufficit.*
6 *Fiscus non debet se astringere procesando ad certam veneni speciem.*
7 *Vomitus alijs iunctum adminiculis facit delictum præsumi.*
8 *Vomitus potest etiam aliunde contingere quã ex veneficio.*
9 *Experientia optimum est etiam in delictis argumentum.*
10 *Corporis delicti probatio præcipua, est visitatio Curiæ.*
11 *Veneficij præsumptionẽ excludit si canis de eadem re manducans euadat illæsus.*
12 *Delicti tot sunt de corpore probationes, quot sunt de delinquente inditia.*
13 *Veneficij crimen est omni homicidio atrocius.*
14 *Atrocitas delicti plurium augetur personarum periculo.*
15 *Delictum cognoscitur maius ex maioritate pœnæ.*
16 *Delictum quod est de occultis probatur solis præsumptionibus, & coniecturis.*
17 *Iudex qui veneficij palliat crimen Dei condemnationem non euitabit.*
18 *Veneficij crimen est etiam ex leuibus inditijs acriter indagandum.*
19 *Ordo iuris non seruandus in crimine veneficij, nedum in puniendo, sed etiam in procedendo, & nu. 20.*
20 *Atrocibus in delictis Iudex debet esse facilis ad torquendum.*
21 *Assertio offensi quale sit indicium. & nu. 22.*
23 *Loci aptitudo inter indicia computatur.*
24 *Frequentatio in loco delicti commissi pro indicio habetur.*
25 *Inimicitia quæ qualis, quale, & quando faciat indicium, & num. 26.*
27 *Fuga quæ qualis, quale, & quando faciat Indicium, & num. 28. & 29.*
30 *Fama, quæ, qualis, quale, & quando faciat indicium, & quando ad torturam, & quando ad condemnationem sufficiat, & num. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. & 38.*
39 *Testium defectum numerus supplet.*
40 *Fama bona, quibus testium dictis rectè concludatur.*
41 *Fama quando bona mala, & quando mala bona præualeat.*
42 *Mendatium etiam ad torturam pro indicio sufficere.*
43 *Variatio, & vacillatio quale indicium.*
44 *Inductio testis ad falsum deponendum esse etiam prioris delicti indicium.*
45 *Compositionis oblatio cæteris indicijs adminiculari.*
46 *Indicijs leuioribus vilis, & rustica persona torquetur.*
47 *Indicij vnius, & plurium simul iunctorum longè diuersam esse rationem.*
48 *Torqueri debet quis plus quo magis atrocius est delictum.*
49 *Morte non secuta neminem ad mortem condemnandum. Sed contra in crimine veneficij ex statuto nu. 50.*
51 *Pœna arbitraria potest de iure communi ex qualitate facti ad mortem extendi.*

ARGVMENTVM.

De veneno, Veneficij crimine, indicijs, tortura, & pœna, quo consilio De fama, fuga, inimicitia, mendacio, & alijs latè discutitur & quando dicatur constare de corpore delicti.

CONS. XIX.

Mitte Domine sapiẽtiam de sede magnitudinis tuæ, vt sciam quid acceptum sit tibi.
Sap. 9.

Tanta est istius casus immanitas, inspecta præcipuè pluralitate personarum, quarum salus, & vita in discrimine fuit, quod pace dictum mihi etiam, qui in defensione

fensione Rei nimio animi affectu labitur,
videatur reprehensibilis, idque mihi de-
testabilius est, quòd si cuidam insinuatio
ni locus esset, quòd non ideò dici possit
de corpore delicti probatum, quia po-
test id ex alicuius herbæ, fermentis, atan-
cæ, & similium casuali immixtione eue-
nisse, pateret cuicunque Venefico secu-
ritas, cui nunquam defficeret hoc a pos-
1 sibili argumentum; Et ideò potius † ve-
nenum ex hominis facto, quàm casu præ-
sumi, cùm ad ea iura accomodentur, quę
frequentius contingunt, scribit in huius
criminis specie Bos. tit. de delicto num.
2 10. fama † eo magis delicti accedente,
Fari. q. 2. nu. 29. Et ex delicto illud presu-
3 mitur † causatum, quod prima fronte ma
li speciem habet Fari. pract. crim. quæst.
85. nu. 33. Qm̃ verò veneni causam etiã
inficiantur, vt omnino delicti corpus ex-
cludant, de cuius probationis necessita-
te, & defectu, defensoris labor triginta fe-
rè allegationum folia occupat; Ideò mi-
hi quoq; congruum visum est in hoc ali-
qualiter insistere, qui breuiori sermone, do
cere mihi persuadeo, probationem hanc
exuberare, quàm necessitas postularet.

Corpus ergo delicti, videlicet quòd totius
Ceresinæ illius familiæ infirmitas, vomi-
tus, & languor a veneno dato causam
duxerit, hoc potissimo ad occulum fun-
damento demonstratur, Quòd non po-
tuit ex ingenito veneno, sicq; ex alicuius
naturalis passionis initio, tàm post cibum
repente in tot personis, imò & cane vni-
4 formi † omnium status mutatione, corru-
sione, vomitu, languore, & accidentiũ
passione, illud contingere, vt in huius
specie facti scribit Decia. trac. crim. lib. 9.
cap. 24. num. 4. in fi. Bos. tit. de delict. nu
mero 6. Fatin. trac. crim. quæst. 2. sub nu-
mero 34. Cabal. var. resol. crim. casu
180. in fine; Hocque naturalis ratio pro-
5 bat, quæ † allegationibus non indiget,
l. scire oportet, §. sufficit ff. de excus. tut.
Cuius enim esse potest tanta intellectus
infirmitas, quæ si plures homines, & ca-
nis statim sumpto cibo, morbo tali ca-
piantur, id singulorum naturæ non cibi
perniciositati ascribat? Quod autem
omnes eodem tempore, eodem loco, eo-
dem vomitu, eisdem dolorum affectibus,
vniformique pallore, languore, & acci-
dentium passione laborarent patet fide
Iudicis, Cancellarij, *Curialium*, & Me-
dicorum, de quibus suis loco *dicetur*, Et
ex hac rationis positione triginta *folia*,
quæ de corpore delicti inutiliter occu-
pantur, omnia eliduntur; cum de vni-
ca persona, non de vniformi multorum
casu loquantur, Et licet hoc ad verbosi-
tatem tollendam sufficiat, non deficio
etiam probationis exuberantiam osten-
dere.

Additur ergo pro probatione abundan-
ti D. Medici Malacridæ, aliorum se-
nioris de toxico attestatio cuius atte-
statio ea ratione maiorem consequitur
fidem, quia omnes prostratos, & anhe-
lantes *solus* vidit. A quo nec Dominus
Nicolaus Anesus discrepat, *qui* vnicum
vidit minus affectum, affirmans passio-
nes, quas ab ægroto audiuit, manife-
sta esse signa veneni. Quantum autem
sit horum relationi deferendum Rei Ad-
uocatus suppleuit, licet subtilitatibus
in applicatione abutatur, dum eorum
Medicorum authoritati nititur, qui
infirmos non viderunt, sed solum in
simplicium, mineralium, sulimati, &
similium natura, & proprietate vagan-
tur, quæ nihil ad nos, qui non certa
6 † specie veneni claudimur, quam ani-
maduersionem me docuit Farin. & ip-
se aduersus similem captiositatem visus
est, consil. 18. numero 30. Agimus
enim in inquisitione de *veneno* in gene-
re, & non in specie, cùm ad puluerem
sit reducibile omne genus veneni, vt ex
Medicorum, & pharmacorum respon-
sione patet ad interrogata. Sileat er-
go, & leuitas ista, quæ adhuc non
est foramen, per quod carcerem relin-
quat.
7 Tertia est istius requisiti probatio † vo-
mitus, vt per Felet. in eius praxi
crim. glo. item quod sororem nu-
mero 5. Alban. consil. 72. lib. primo.

Et

Et licet per se solum non sit sufficiens, qui
8 potest etiam propter aliud † contingere,
vt per Castr. consf. 299. num. 2. vers. quidam li. 2. Farin. d. q. 2. sub num. 34. Hoc de vnica persona intelligitur, non de pluribus, qui repente, & eodem instanti post cibum vniformiter contingat, naturaliũ enim rerum experientia hanc differentiæ
9 rationem ostendit, a qua † arguendum in delictis docet Boss. d. tit. de delicto num. Et in vnica persona etiam, quominùs hoc signum aliis signis, & indiciis iungatur nemo est qui contradicat.

Quarta est de corpore delicti probatio, quã Iudex occulari inspectione recepit, & ex visitatione arbitratur, & quæ potissima
10 † est criminis probatio Farin. cons. 23. nu. 10. post Blanc. in prin. suæ prax. crim. nu. 2. & 5.

Quinta est illa ad quam se restrinxit Rei Aduocatus nimia sui clienculi confidentia deceptus, qui totam hanc veritatem tandem canis experientiæ commisit, quæ experientia sicut innocentiam, & delicti ne
11 gatiuam præstitisset, si contrarium † ostẽdisset euentum Castr. cons. 299. num. 2. vers. quidam verò lib. 2. Decia. d. cap. 24. nu. 6. Ita debet ad eum conuincendũ sufficere, argumento ab oppositis de quo per Euer. & Bal. in l. conuenticulam, C. de sac. san. Eccl.

Sextò aduertat D. Consultor ad hoc ẽt qđ ẽ singulare; q̃, quot sunt indicia q̃ subiiciũ
12 tur tot † sunt de corpore delicti probationes, vt de assertione offensi fama, fuga, clamore, & similibus legitur apud Farin. in crimine furti loquẽtẽ a quo non est rõ diuersa d. q. 2. nu. 16. 17. 18. 19. & 20.

Ad pdictorum confirmationẽ hæc generalia subiiciuntur, q̃ veneficij crimen est longè
13 plus † homicidio atrocissimũ Gram. voto 3. nu. 1. & decis. 33. nu. 1. & seq. Alban. cons. 72. n. 1. & de eius atrocitate latè per Decia. trac. crim. li. 9. c. 22. Multo magis cũ multiplicatis psonis, q̃ mortis pericu-
14 lo exponũtur, multiplicet, & augeatur † atrocitas ad tradita in l. nunq̃ plura. ff. de priua. delic. & q̃ atrocitas patet statuto in crim. c. 54. qđ vult Reum attentati criminis tñ cum vno, igne cremari, prout infra
15 dicetur, ex maioritate † enim pœnæ, maioritas etiam dignoscitur delicti, vt per Clar. in §. 1. vers. sunt etiam.

Est ẽt de occultissimis, qđ nullius oculis subiicitur, videlicet dũ cõmittitur, qm̃ qui malè agit odit lucẽ, & secretiorem viã eligit p quã impunitate fruatur. In quibus ideo, vti quibus non põt per demonstrationes agi lex solis est coniecturis, vel præsumptiuis pbationibus cõtenta nedum in delinquente inueniendo, sed ẽt in pbando
16 † corpore delicti, vt latè per Farin. d. q. 2. n. 12. & 31. Boss. d. tit. de delic. n. 20. Foler. in gl. capiat informationem num. 78. vers. fallit, Gabr. comm. cõcl. tit. de malef. concl. 17. nu. 14. Clar. q. 66. Menoc. li. 1. præsum. cap. 58. n. 2. Gram. voto 3. n. 2. & voto 30. Et q̃ magis in odium tanti crimi nis scribit Clar. in fin. quartæ quæstionis, qđ contra quẽdã de veneno imputatum fuit p Papienses re ẽt iu Senatu relata seuirer pcessũ, vbi vix de delicto apparebat, subdẽs Iudices, q̃ palãt huiusmodi delicta
17 † nõ euadẽt æterni Iudicis cõdẽnationẽ. Alba. in cons. 72. sub. nu. 1. dicit in hoc crimine ex læuibus indiciis esse ad veritatem
18 eruendam † acriter procedendum, & Caball. d. casu 85. n. 6. inquit non esse attẽdẽdas iuris solemnitates, cui illa etiam concordat iuris cõclusio nõ esse seruandũ iu-
19 ris † ordinẽ, qm̃ in eo transgrediuntur iura, vt p Decia. d cap. 24. n. 16. Gram. voto 3. n. 8. Foler. d. gl. itẽ quod sororẽ nu, 1. & 11. & decis. 33. nu. 3. Alba. d. cons. 72.
20 nu. 1. Qui in pcedendo † loquuntur nõn puniendo dũtaxat, vt Rei Aduocatus distinguit, & in practica seruari testat Clar. §. 1. in fi. cuius Clari hæc sunt verba, sed certè hæc apud nos nõ seruãtur, qm̃ in enormibus, & atrocibus delictis pmittitur Iudicibus iura trãsgredi ẽt in procedẽdo, quia scilicet deuenitur ad torturam ẽt si indicia non sint in totũ sufficientia, & plerũq; ẽt nõ data copia processus: hactenus Clar. q̃ illa concluditur regula, q̃ in huiusmodi delictis debet Iudex esse pronus
20 † ad torquendum Gram. d. decis. 33. nu. 4. Foler. d. gl. item quod sororem nu. 3.

Etiã ex ſolo proceſſu informatiuo Gram.
d. voto 3.num. 9. Et in his regulis omnes
conſentiunt ſcriptores quicunque in iu-
riſprudentię facultatę verſantur, vnde ap
paret in procedendo, & puniendo diſtin
ctionem eſſe falſam.

Patet etiam de corpore delicti confeſſio par-
tis in capitulo nono ſuæ defenſionis, ibi,
La mineſtra toſſicata.

His nunc ſic ſtantibus, de indiciis reſtat a-
gere, in quibus tollendis, ſeu potius obſcu
randis Rei aduocatus non parcit ſudori,
cui vnica tandem diſtinctione finaliter ſa
tisfaciam, indiciis prius enumeratis.

Quorum primum eſt offenſorum aſſertio, &
21 præcipuè vxoris Tognoli, quę vidit † pul
uerem de ſuperiori foramine in pulmen-
tum deſcendentem quorum aſſertionem
inditium facere probat Lud. Pigue. deciſ.
crim. c. 17. nu. 6. 7. Soc. conſ. 54. nu. 13. li.
22 3. Imò ad torturam † ſufficere ſcribit
Ang. in l. ſi quis graui, §. ſi quis ff. ad Sil-
lan. Mandoſ. conſ. 70. n. 3. li. 1. Quod hoc
caſu eſt in omnium Doctorum conſenſu,
quo aliis iungitur inditiis, vt ꝑ Dec. conſ.
363. n. 2. Marſil. ſing. 516. teneas ꝑpetuò
Viui. deciſ. 168. n. 5. Folet. in d. gl. itẽ qđ
ſororem nu. 7. & 27. Bec. conſ. 85. nu. 9.

23 Secundum eſt inditiũ, quod loci † ipſius
ꝑſtat euidẽtia, q̃ aſſertionis veriſimilitu-
dinẽ, & facilitatem oſtendit, ꝙ ad Reũ cri
minis indicandũ ponderat Soci. d. cõſ. 54
num. 12. vbi quod hoſtium erat in pariete
intermedio. Oſaſ. deciſ. 88. num. 22.

Tertium eſt imputati conuerſatio, & frequẽ
tatio, imò exiſtentia in loco ſuperiori vn-
de puluis demittebatur vbi quin tunc ad-
eſſet, nec ipſe Reus inficiatur, quæ frequẽ
24 tatio, & multò magis † exiſtentia inditiũ
eſſe cõſuluit Alba. cõſ. 72. n. 3. Ang. in l. iu
ſto in prin. ff. de vſucap. relatus ꝑ Franc.
Marc. deciſ. 181. nu. 10. par. 2. Pariſ. de
Puth. in trac. de ſindic. verſ. ſiquis inuen-
tus Blan. in l. fin. nu. 301. de quæſt. Cam.
Borel. conſ. 45. nu. 4. & 26.

25 Quartũ inditium eſt inimicitia † quã Co
reſinus fatetur in conſtitutis, in quibꝰ odij,
& ꝑſecutionis grauitatẽ exagerat, q̃ facit
vt de eo præſumatur Achil. Pedroch. cõſ.
40. nu. 45. & ſeq. Oſaſ. deciſ. 88. nu. 21.
26 Ex hacq; ſola † præſumptione in occul-
tis vidiſſe torqueri teſtatur Clar. prax. cri.
§. fin. q. 21. verſ. inimicitia in fine. Qñ ve-
ro eſt adminiculata, omnes in tortura cõ-
cordant, vt Clar. ibi Lud. Pegue. d. c. 17.
nu. 8. Theſau. deciſ. 24. nu. 7.

27 Quintum eſt fuga † & quam *Alboſagiæ*
uiſis curialibus inter plures homines *ſolus*
reiterauit, quam ſolam nullo, ad tortu-
ram indigere adminiculo, cùm in eum
nulla præcederet accuſatio, quam ſaltem
ipſe ſciret, probat idem Pegue. d. ca. 17.
nu. 31. Due. reg. 391. nu. 2. lim. 1. Maſc.
de prob. concl. 819. nu. 17. Viu. qui indi
ſtinctè loquitur d. deciſione 282. num. 7.
Non enim velari poteſt fuga accuſationis
prætextu qua nec ipſe vtitur in conſtitu-
tis, nec ipſe ſciebat vnde fugæ cauſa præ-
tendatur. Sed hic animaduertat D. Con-
ſultor, quòd diſtinctio temporis ante, &
poſt accuſationem in caſu *ſolo* intelligi-
tur, quo ſolam fugam Fiſcus habet,
quam volunt Doctores ſolam ſufficere ad
28 torturam, ſi accuſationem fuga † *ꝑueni*t
vt Pet. Due. reg. præd. Qñ verò fugiens,
iam accuſationis conſcius fuit, tunc debe-
29 re aliquo † adminiculo iuuari, & ad tortu
ram ſufficere iũcta alicui, vel adminiculo
vel ſuſpicioni, vt optimè declarat Pegue.
d. c. 17. num. 33. Due. d. Reg. 391. lim. 1.
Maſcar. d. concl. 819. num. 17. Quan-
tũ conciliationi nullus eſt, qui cõtradicat.

At, hic eſt inanis tẽporis rõ, tum quia nil *ipſe*
de accuſatione dicit, tùm quia eam igno-
rabat, vt ex conſtituto de cauſa detentio
nis colligitur, tum ẽt quia hic *Fiſcus* tot
hẽt, quæ ẽt purgatis per *torturam inditiis*
ad extraordinariam pęnam ferè ſufficiũt,
vt infra oſtendam, cum decem aliis fuga
comitetur inditiis.

Sextum eſt, fama, & ſonus ipſius, qui ſtatim
crimine patrato exiuit, ꝓbatus ſaltẽ quin-
decim teſtibus, & pręcipuè ad eius defen
ſam receptis, quã famã fateor valde cõtro
30 uerſũ † an ad torturã ſufficiat, vt legitur
apud Clarũ d. quæſt. 21. in princ. Pegue.
d. cap. 17. num. 15. Farin. trac. crim.
quæſt. 47. num. 4. 5. Quæ tamen con-
trouerſia

trouersia in casu cessat præsentis proces-
sus ex infrascriptis declarationibus, in
quibus omnes scribentes conueniunt.
31 Prima, quādo est † vehemens, vt limitat
Thom. Triuis. decis. 50. num. 11. li. 2. Al-
ba, d. cons. 72. nu. 6. Pegue. d. c. 17. nu.
16. Due. d. reg. 301. lim. 1. An vero sit
32 vehemens iudicis est † arbitrij, vt ibidem
subdunt Due. & Pegue. Quod arbitrium
tunc pro Fisco est quando testibus decē
asseritur Reus de crimine diffamatus,
Alba d. cons. 72. num. 6.
33 Secunda est, quando apparet de causis †
vnde potuerit originem ducere, vt odij,
rixarum, inimicitiæ, litium, & iniuriarū,
quæ omnia hoc delictum inter istos præ-
cesserunt, vt ex reimet constitutis habe-
tur, Tunc famam solam ad torturam suf-
ficere scribit Blan. in repet. l. fin. nu. 303.
ff. de quæst. Peguer. d. cap. 17. num. 21.
Alba d. cons. 72. num. 6.
Tertia est, & ab omnibus recepta, aliis cum
34 fama † concurrentibus adminiculis vt p
oēs supra allegatos Clar. Alba. Pegu. Fa-
rin. Blāc. & alios Due. d. reg. 301. nu. 4. Et
35 multo magis in atrocissimis † & difficil i-
me probationis, in quibus nullo opus esse
adminiculo, dicit idem Clar. d. q. 21. post
princ. his verbis: posset esse delictum tam
36 difficilis pbationis, quod sola † sufficeret
& ita vidi seruari, & eam sequitur Farin.
q. 47. nu. 11.
Quinimò in huiusmodi difficilioribus aliun-
de adminiculatam ad condemnationem
37 † sufficere consuluit Pedroch. longa alle-
gationū congerie cons. 40. nu. 49. Viu. de
cis. 282. nu. 30. Mascar. de probat. concl.
754. nu. 8. & 9. Farin. d. q. 47. nu. 91. Mul
tò magis ergo debet ad torturam suffice-
38 re ad quam † non tanta exigitur proba-
tio Cabal. resolut. crim. casu 84. num. 14.
vbi ideò dicit ad torturam sufficere qua-
liercunque adminiculata.
Cui sexto inditio non obstat, vulgatis ad fa-
mam exceptio a quorumdam requisito-
rum deffectu, de quibus in allegationibus
partis, quia vnico verbo ad multa sua re-
spondetur, illam non obstare, quando fa-
mam decem testes, vel plures affirmant,
39 qm̄ omnem deffectum testium † nume-
rus supplet Alba. d. cons. 72. nu. 5. Burs.
cons. 87. nu. 46. li. 1. Bols. tit. de indic. nu.
69. Mascar. trac. de pbat. concl. 749. nu.
21. Rol. cōs. 82. in fi. li. 2. Abb. cōs. 72. n. 3.
Fama bona, quam Rei iactat defensor, nil in
ditiis obstat, Primò, quia eam non proba-
uit ex suis testibus, qui solùm de gestis in-
ter eos loquuntur, & prout communiter
solent testes deponere, his verbis, *per quel*
loch'io ho hauuto a far con lui; vel similia;
40 quæ generalitatem † non inferunt ex tra
ditis per Farin. d. q. 47. nu. 308. vsque in
finem vbi de requisitis in famæ bonæ pro
batione.
Secundò quia fama mala est in specie delicti
& aliis adminiculata, cui tunc bonam in
41 genere † nil obstare opiniones Doctorū
conciliando probat Farin. d. q. 47. n. 198.
post Gand. Clar. Foler. & Vulpell. eandē
distinctionem facit Caball. d. casu 84. nu.
15. subdēs, & est optima ratio, quia aliàs
vix posset quis vnquā torqueri, cùm nul-
lus sit tam deprauatæ vitæ, qui hodiernis
temporibus non habeat testes de bona fa
ma testantes hactenus Cabal.
Septimum est mendatium, seu plura menda
tia Rei, de quibus testibus conuincitur, Et
primò in eo quod dixit à sororio Albosa-
giæ vocatus, quod ipse negat: Item in eo
quod negat dixisse, q. ideò fugiebat ne iu-
dicio sisteret, quòd mendacium, & multò
42 magis plura, indicium † facere ad torquē
dum tradit Viu. decis. 222. nu. 29. Soc. d.
cōs. 54. n. 13. Alba. cōs. 72. n. 10. Rol. cōs.
7. nu. 9. li. 1. Et alij relati per Feler. in glo.
item quod sororem nu. 9. Quod hic reci-
piendum est vbi non est solum prout opi
nionibus ad partes recitatis declarat Clar.
d. q. 21. vers. mendatium.
43 Octauum est variatio, & vacillatio † Rei
ad plures interrogationes variè, & instabi
liter respondens, de quibus in allegationi
bus defensoris fol. 21. de quo indicio le-
gitur etiam apud eundem Viu. & Clar.
in locis proximè allegatis.
44 Nonum est inductio † testis falsi, in pro-
cessu enim defensiuo, Dominica quędam
de Plateda aliàs Ceresini ancilla falsam

quandam factæ depositionem ab eo induċta, & tratte, quæ testis falsi inductio dicitur ad torturam, & condemnationem sufficiens teste Viu. decis. 282. nu. 27. post Feli. in cap. venerabilis de except. Subdens ibidem Viu. q. in hoc creditur vnico testi, post eundem Felin. in c. licet causam col. 5. de prob. Bal. in c. 1. col. 2. si de inuestit. inter. do.

Decimum est quod legitur de verbis nepotis Cerclini ex dispositione Antonij Cacini sub 20. Augusti, scilicet, *Il barba non credeua che la cosa douesse andare come è andata*, innuens quod credebat ipsos intetimere, & authorem non detegi, quæ verba dixisse nec ipse nepos recusat ad omnes interrogationes respódens solùm non recordari.

Vndecimum est compositio in coronatos
45 centum & quinquaginta pro sola † relatione ad tempus ad tradita per Farin. qu. est 5. num. 19.

46 Quæ omnia munera fortius † operantur contra rusticum, & vilem personam, vt per Decia. trac. crim. tomo 2. cap. 24. nu. 6. in huiusmodi præcipuè atrocibus, & occultis vt supra, vers. est etiam. Multa vero, quæ defensor opponit ad singula, vnica eliminantur distinctione, scilicet ea non procedere in præsenti iudicio, in quo
47 nedum vnum iuuatur † ab alio, sed ab alijs tot supra enumeratis, sed tunc solum procedere quando vnicum est, de cuius sufficientia disputatur, vt supra per singula fere ductimus singulum sufficere, cui aliquod con iungitur admminiculum, Vnde cum vero in vnum collectis, non est quod candelam in Sole ponamus ex reg. de qua per Gram. uoto tertio, num. 18. Viu. decis. 282. præcipuè in crimine venefici, vt supra scripsi atrocissimo, & occulto, in quo supra probaui parum sufficere, & latè confirmat Farin. quæstione. 37. nu. 85. & seqq.

48 Quo magis autem crimen est atrox † eo grauius Reus debet torqueri, vt p Brun. trac. de indit. & tortu. 2. par. q. 5. num. 42. Farin. d. q. 37. num. 89. Multò magis autem quo plura, & fortiora sunt inditia, vt idem Farin. q. 38. nu. 33.

Quoniam autem, spe euitandæ torturæ, defensor videt Reum esse destitutum, veritatisq; dicendæ necessitati obnoxium, in pœna tandem ordinaria excludenda laborat ex communi iuris illa conclusio-
49 ne quòd morte † non secuta non sit de morte agendum. Nos verò in vltimi supplicij condemnatione crimen hoc venari ostendimus ex statuto, & iure communi.

Ex statuto cap. 54. in crim. quod loquitur
50 de dante † tantùm, & ex stat. 52. in fine patet illud intelligi ad litteram etiam q. mors non sit secuta, illud inquam veneficium sit casu statuti 52. atrocius, & magis deliberatū, vt per Aloif. Catel. trac. crim. cap. 37. Ergo etiam seuius vendicandum.

Ex iure autem communi, quia etiam quod
51 est iudici arbitrarium † potest ex qualitate facti ad mortem extendi, vt copiosè allegatione ostendit Farin. quæst. 17. nu. 35.

Factum autem nullum potest hoc malus excogitari, quo neuem personæ veneni periculum experti sunt.

Regula est in iure, quòd, etiam ... sustentis, debeat nihilominus valde ... ctus extraordinariè condemnari, de qua regula, quæstionibus absolutis, scribere tempus erit.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio est strictè interpretanda.*
2 *Generalis clausula restringitur ad specificatā superius. Decl. nu. 10.*
3 *Generalis dispositio omnia complectitur.*
4 *Generalium verborum proprietas est vt generaliter intelligatur.*
5 *Generaliter loqui, & species enumerare a pari procedunt.*
6 *Generalis, & pregnans renunciatio de omnibus, & quacunq; hæreditate nullā penitus incomprehensam relinquit. Decl. eo.*
7 *Iuramentum vim habet expressā eorū, quæ specialis*

speciali indigent mentione.
8 *Generalibus verbis probatur de omnibus fuisse cogitatum.*
9 *Qui iurat censetur etiam non specificata cogitare.*
11 *Clausula, & de alio quocunque non potest ad superius specificata, ex proprietate sermonis restringi.*
12 *Dictio, alius, iuncta signo vniuersali est similium amplificatiua.*

ARGVMENTVM.

Finis, & renunciatio de hæreditate paterna materna, &c. adiecta, clausula. Et generaliter de omni alia &c. quomodo intelligatur.

CONSILIVM XX.

Initium a Domino.



Actum, iusque præsentis quæstionis spectabilis D. Plinij subtilis sermo proponit, & docet, adeò ne alia suplere esset opus; verùm, ne adrilodum vi dear pepercisse labori; sequentia, cum eo in medium afferre decreui.

Successionem Præsbyteri Ioannis, in proposita fine non comprehendi contendent sorores, hac potissimum ratione.

1 Quia cum renunciatio sit stricti † iuris, non debet ad istum casum non expressum extendi Pet. de Benint. decis. 72. numero 6. Maximè cum nec de eo verisimile sit fuisse cogitatum, l. emptor, §. Lutius, ff. de pac. Nec obstat clausula generalis adie-
2 cta de omni alia hæreditate, quia ad † ante specificatas hæreditates debere restringi probat tex. in l. fin. §. fi. de trit. vin. oleoque leg. Cotta in memorab. verbo clausula generalis.

Verùm imò comprehendi non puto posse hæsitari, quia generalis dispositio porri-
3 gitur, vt omnia videantur remissa † nisi contrarium appareat, gl. fi. in l. emptor §. fi. ff. de pac. Bar. in l. de pupillo, ff. si in pluribus nu. 3. in fi. ff. no. op. nu. quoniã
4 vt generaliter intelligatur sermonis est † proprietas l. 1. §. generaliter de leg. pst. & l. pluribus, ff. de accept. a qua non debet recedi, l. non aliter, ff. de leg. 3. Et cum ge
5 neraliter agitur, non est opus † species enumerare l. 3. §. 1. vers. & vt generaliter, ff. de crim. stell. & l. 2. §. & generaliter, ff. de excep. doli. Per tot enim vniuersales dictiones, & generaliter de quacunque &c. apertè constat eas voluisse
6 omni † successione carere. But. in l. Aurelio §. Caius num. 11. vers. prædicta vera ff. de lib. leg. quæ tamen competere poterat ex causa de præsenti Affl. decis. 350. num. 4. Ac multo magis attento iu-
7 ramento, quod vim † expressi habet eius quod mentionem specialem requirebat Ias. in l. si quando §. vt generaliter nu. 6. C. de inoff. test. Alex. cons. 42. num. 17. vol. 1. Et per plura etiam in terminis nostris probat Euer. in loco à vi ener. nu. 33. & seqq. sicque in casu simili consuluit Rom. cons. 22. pro propositæ mihi Frãc. de Aret. cons. 33. consultatio præmissa.

Non obstat quòd quia stricti iuris nõ debeat extendi, quia respondetur omnem successionem in fine contineri per sermonis proprietatem, non extensionem vt supra probatur. Non obstat non fuisse cogitatum, quia respondetur ex cuiuscun-
8 que † hæreditatis commemoratione probari de hac in genere fuisse cogitatum, Franc. de Aret. ad. cons. 33. num. 11. vers. non obstant, iuncto maximè iura-
9 mento per quod † censentur sorores de ista hæreditate in genere cogitasse Alex. cons. 133. num. 12. vol. 5. But. in c. si diligenti circa med. de for. cõp. Refert Euer. d. loco à vi. ener. g. num. 35. talem autem cogitationem sufficere vel implicitè potuisse cogitari tradit Bal. in l. sub prætextu nu. 2. C. de trans. & in l. tres fratres in 4. not. & 2. opp. ff. de pac. & in l. pactũ quod dotali nu. 11. C. de coll. Rom. cons.

12. nu. 2. in fin. col. 2. Bart. in d. l. sub prætextu in prin. & iuribus supra allegatis.

Non obstat quòd clausula generalis debeat
10 ad † specificata restringi, quia respondetur verum si id patitur sermonis proprietas Bar. in l. Aurelio §. Caius nu. 10. ff. de lib. leg. Menoch. lib. 3. præs. cap. 115. nu. 29. At illam restrictionem nõ patitur ista renunciatio propter illa verba, & de alia
11 quacunque † † quæ verba non permittere sermonis restrictionem ad specificata tradit Bar. in d. l. emptor §. Lucius nu. 3, vers. sed si esset adiectum. Et hæc est ra-
12 tio, quòd dictio (alius) † est similium amplificatiua iuncta signo vniuersali, Menoch. trac. recup. pos. rem. 9. nu. 256.

Ex quibus concludo successioni Presbyteri Ioannis per eas sorores fuisse renunciatũ, cæterisque habilibus præsuppositis, nepotes ex fratribus ad successionem admittendos. In quò tamquam indubitabili sine allegatione consului.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Damnum creditoris negligentia contingens ipsi imputandum.*
2 *Mora creditoris ipsi non alijs nocere debet.*
3 *Morosus & negligens creditor quandò dicatur.*
4 *Heredi debitoris mora non imputatur quandiu ei creditor obligationem non intimauit.*
5 *Indebitè quod consequitur, indebiti actione condictione vindicatur.*

ARGVMENTVM

De creditore qui proclamationibus prouocatus, non vult debitoris, cuius bona excutiuntur, rem insolutum recipere cuius minor est fructus, quam vsura.

CONSILIVM XXI.

In Dei nomine. Amen.



N causa vertente inter Dominos Octauium Pestalotiam, & Franciscũ Cazzolam, censeo iuris esse, quod ei D. Francisco tantùm dumtaxat interesse debeatur, quantum domus rata, quæ in æstimationem sui capitalis venisset, potuisset communiter locari, quantùmque ex ipsius rata pro indiuiso, pensione percepisset, si opportuniori tempore fuisset, datione insolutum ipsius ratæ dominium consecutus, & quod vltra fuit arbitramento consecutus, restitutionis debito subiiciatur, & ad ita dicendum moueor, quoniam ad excussionem proclamatione prouocatus poterat sibi in ipsius domus proprietate satis facere pro summa crediti sui, habita etiam in eo ratione ratæ pensionis, qua habitatione durante, D. Eustachiæ Cazzola carebat; Vnde eius solius pensionis debebat ratio haberi, ne ei in solutione recipienda
1 negligentia prosit †, & tertio n[illegible] & si fideiussor, ff. de fideius. & l. si [illegible] ros in id. ff. eo. Ias. in l. decem num. 25. ff. de verb. oblig. quas leges ad omnem subsidium conueniendum extendit Ru. cons. 45. num. 5. lib. 5. Cùm enim paratam excussio in ea proprietate solutionẽ haberet, quam recipere Cazzola recusa-
2 uit, debet ei, non D. Octauio mora † nocere, c. mora de reg. in 6. Castr. in l. in hac col. fin. ff. de trit. & cons. 437. super dictis num. 4. Anch. cons. 14. super predicto num. 3. Lap. alleg. 88. Matthæus num. 4.
3 Qui enim cum potest non agit, † dicitur negligens, vel in mora Soc. cons. 273. nu. 6. Gozad. cons. 38. sub num. 11. Ruin. cons. 45. num. 5. sed etiam vol. 5. Crau. cons. 573. num. 7. vers. negligens enim & cons. 606. num. 19. Bec. cons. 105. nu. 26. vers. & probatur Lap. alleg. 50. nu. 2. Idcircò non debet illa D. Cazzolæ prodesse,

desse, vt magis ex mora, quàm ex diligentia consequatur, vtq; tempus, quò tacuit, maiorem, quam ratæ pensionis, rationem tribuat, quam domo excussa fuisset consecutus. Multo magis cum non possit D. Octauio mora imputari, cui Cazzola obli-
4 gationem † non intimauit Bar. in l. si duo, §. prætor ait, ff. de constit. pec. Dec. cons. 517. nu. 21. Bal. cons. 461. num. 3. vers. super quarto lib. 2. & cum ex prædictis liqueat, D. Cazzolam plus fuisse iusto debito consecutum, consequens est possit
5 indebiti † conditione illud vindicari toto tit. ff. & C. de cond. indeb. Et ita dico, & consulo, saluo tamen rectius sentientis consilio.

Schenardus.


S V M M A R I V M.

1 *Ambiguitate data, eam sequi debet Iudex opinionem, quæ particularium decisionum authoritate fulcitur.*
2 *Particulares decisiones plurimum Iudicibus conferunt.*
3 *Statuto stante, quod duæ partes hæredibus relinquantur, an possit testator eos facere inæquales.*
4 *Ratio prædictæ thesis.*
5 *Statutum nil sanciens casum in dispositione Iuris communis relinquit.*
6 *Statutum respiciens plura determinabilia, determinare ea censeatur æqualiter.*

ARGVMENTVM.

Testator an possit de duabus partibus, quas tenetur hæredibus relinquere ex necessitate statuti, inter eos inæqualiter disponere.

CONS. XXII.



Vdio in quæstione vetereti inter N. prudentum responsa pugnare, aliquibus pro validitate, aliquibus vero, pro nullitate testamenti respondentibus, itaut non mirum videatur, quòd Iudicis reddatur animus anceps, Et cum in huiusmodi ambi-
1 guitatibus illam sequi debeat Iudex, quæ † particulariũ decisionum authoritate iuuatur, siue alicuius Tribunalis, seu Ciuitatis, seu Senatus, seu Doctoris illa sit, vt per Ias. in l. non eo minus num. 3. in fin. C. de procur. Castr. in l. mutum in fi. ff. de acq. hær. Calcan. cons. 62. num. 10. vers. & inquit Fel. in c. 1. nu. 11. de rescrip. Ceph. cons. 363. in fi. li. 3. Hinc Francus decis. 265. num. 3. dicit decisiones particulares
2 † valde conferre ad sedandas Iudicum [illegible]entias, quoniam periculosum est in generalibus iuris regulis per argumenta vagari, imò refugium esse miserorum conglomerare regulas generales inquit Ang. cons. 14. num. 3. Rim. iun. consil. 609. num 12. li. 6. iuxta reg. omnis definitio, ff. de reg. iur. Idcirco eos puto in prædicta facti specie sequendos, qui authoritate particularium decisionum consulunt in terminis statuti Vallistellinæ cap. 181. De duabus etiam partibus testatorē posse inter venientes ab intestato inæquali-
3 ter † disponere licet de tertia in extraneos disposuerit. In terminis statuti prædicti consuluit Cuma. in cons. 113. per totum, quem sequitur Simon de Pretis in trac. vlt. vol. lib. 2. interp. 1. dub. fol. 4. num. 147. Quod legitur de mente Castr. in cons. 222. incip. super primo col. 2. vers. statutum li. 2. & cons. 468. incip. super primo col. 2. vers. item aduertendum li. 3. Quorum ea est præcipua consultationis ratio, statuto esse satisfactum duas partes ab intestato hæredibus esse relictas, cũ de æqualitatis necessitate nil disponens,
4 † inter ipsos intestatos hæredes diuidendi

di facultatem testatori non auferat, ac de hoc nil disponens casum in dispositione
5 iuris communis † relinquat iuxta l. commodissimè, ff. de lib. & posth. Maximè cũ si de duabus ipsis inter hæredes partibus disponere prohiberetur testator, duas iuris etiam correctiones statutum induceret, vnam dum ipsis duas cogitur relinquere, aliam si de duabus disponere prohiberetur inter ipsos, Quæ quidem interpretatio correctionem augens euitari debet cum statutum satis sit in aliquo operari. Pro contraria opinione videtur illa ratio pugnare, quòd vnica determinatio illa statuti, *ma sia tenuto lasciar le due parti alli haredi, &c.* cum respiciat plura determinabilia nempe pluris eiusdem gradus vel ordinis hæredes ea, seu eos cen-
6 setur æqualiter† determinare vulg. l. iam hoc iure cum concord. ff. de vulg. &c

Sed de quibus testatoris voluntas non facit ratione differre, fatemur argumentum concludere.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Reus in iudicio conuentus pro solutione debiti procedentis a rationibus implicitis, potest petere dari calculatores.*
2 *Certa quantitatis petitiò in qualibet actione, & iudicio, nullo iure prohibetur, & num. 3.*
4 *Arbitramentum qui dicit iniquum probare debet.*
5 *Probatio quod arbitramentum sit iniquum, vnde, & quomodo fiat.*
6 *Calculus etiam transactione firmatus erroris demonstratione retractatur.*
7 *Arbitramentum, & transactio a pari procedunt.*
8 *Compromissum cum potestate iudicandi, pro ut placuerit nominatis, dicitur in eos vti arbitratores factum.*
9 *Arbitramentum eorum, quibus est data libera potestas, valet nulla seruata figura iudicij, parte etiam absente, & non citata.*
10 *Compromittendi differentia remissiuè.*
11 *Requisita vt debitor possit carceribus retineri remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Agitur de compromisso cum libera potestate arbitrandi, & de ipso arbitramento, quod de iniquitate accusatur.

CONS. XXIII.

In Dei nomine. Amen.



QVatuor discutiendas quæstiones proponit Excell. Consultor. Prima, an in iudicio per D. Vincentium Gallum instituto contra DD. Fratres de Crolalancia certæ summæ procedat petitio, quæ tamen pẽdet a negot[illegible] rationibus implicitis, [illegible] procedere affirmo, licet potu[illegible] calculatorum, & rationum [illegible]
1 incertitudinem reuocare† ex trad[illegible] Bar. in l. si creditor num. 4. ff. de d[illegible] pign. Nullo. n. iure cauetur, quòd in iu[illegible] ctis pro socio negotiorum gestorum tu-
2 telæ, & similium non recipiatur † certæ quantitatis petitio. Et ideò censetur es-
3 se permissa † ad reg. l. necnon, §. quod eis, ff. ex qui. cau. mai. l. mutus §. cum quæritur. ff. de procur. l. ab ea parte de prob. Alex. Raud. cons. 17. pa. 1. num. 64. lib. 1. Bec. cons. 6. num. 8. Secunda proponitur quæstio, an merita causæ subsecuta condemnationem postulent. Cui affirmatiuè Dominus Consultor respondet præsumptioni pro arbitramento innixus,
4 cui opinioni, & rationi, ego quoque † subscribo authoritati Dy. in cons. 19. Tholomæus Manetis num. 15. qui consulit eum teneri probare, qui dicit arbitramentum iniquum, quem sequitur Bal. cons. 8. in fi. lib. 3. quibus plures addit Crau.

Crau. conf. 202. num. 8. Soc. sen. conf. 90. in fi. lib. 4. Mascar. de prob. concl. 752 num. 20. Quam tamen præsumptionem
5 (nisi aliud obstet) fateor † librorum exhibitione, negatiua probatione, rationum calculo, elidi posse cum Laur. Calc. cõs. 98. per totum. Nam cùm summa ad quã arbitramentum Crolalantias condemnat ex negotij pendeat calculo, necessarium
6 est † consequens, quod possit erroris probatione retractari, quemadmodum posset etiam transactio Bar. in l. 1. C. de err. calc. Rui. in cons. 124. num. 6. & 12. lib. 1. & cons. 71. num. 4. lib. 4. Arbitramen-
7 ti n. & transactionis idem est † iudicium Dec. cons. 60. num. 3. Alex. cons. 82. in fi. lib. 1. Natta cons. 403. Maran. praxi par. 4. distin. 14. num. 3. Et in eos vti in abitratores factum intelligitur compromissum, quibus, prout eis placuerit, data
8 est libera † potestas, attento eo magis modo, quo coram eis procedendi etiam extra tempus statuti partes visæ sunt Gui. Pap. cons. 101. num. 1. Tertia proponitur quæstio, an arbitramentum dicatur contumatiale, vel cõtradictorium. Super qua D. Consultor personas distinguens [illegible] eas diuerso iure determinari, vt d. Bart. dicatur in contradictorio, alter in cõtumatia condemnatus. Verum mihi videtur hanc distinctionem nullum producere essentialem effectum, cùm eadem sit in vtrunque ius arbitramenti, quod &
9 si pars † fuerit absens, & non citata, nec aliquid figuræ iudicij obseruatum, sustinetur secundum Anch. cons. 269. pro declaratione col. 2. Maximè cùm hoc compromissum non à necessitate statuti, sed partium voluntate, procedat, & non de iure tantùm, prout statuto cauetur, sed prout eis placuerit, cum potestate libera fa-
10 ctum † longè differentis effectus, vt per Menoch. trac. de arbit. quæst. 13. per totum. Vbi quod hoc nullis regulatur regulis iuris ciuilis, vel positiui. Quarta est quæstio, an iuridica fuerit detentio. Super qua nuntij nimis importuna celeritas
11 me relinquit ancipitem ex traditis † per Neuiz. cons. 52. num. 31. Et ideò donec mihi melius liqueat, quæstionem indiscussam relinquo, cæteris dumtaxat affirmatis subscribens.

Ego I. V. Doc. Io. Franciscus Schenardus, saluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Rationes reddere debet quilibet quouis nomine administrator de bonis alienis, uel communibus. Restringitur num. 9.*
2 *Actio pro rationibus distrahendis solis præscribitur 30. Annis.*
3 *Actio ad requirendas rationes non tollitur ex eo quod in diuisionibus inter fratres, nil fuerit de rationibus petitum.*
4 *Iuri suo censetur renuntiaße qui rationibus sæpe calculatis de aliquo diu tacuit cum consanguineo suo.*
5 *Iuri suo magis [illegible] diuisionibus q̃ [illegible] calculis renunciare, Amplia. vt vnica sufficiat diuisio. num. 6.*
7 *Confessio pro veritate habetur.*
8 *Generalis sermo, generalem sortitur interpretationem.*
10 *Constitutus in mora petendi, præsumitur tacens renunciare iuri.*
11 *Transmittere ad filium, non censetur id pater quod pro se pater noluit ipse viuens.*
12 *Rationes prius reddere debet, qui a socio, vel patre rationes petit si & ipse administrauit.*


ARGVMENTVM.

Ostenditur fratrem a reddendis rationibus liberatum cum quo secuta est diuisio bonorum cum temporis silentio.

CONS.

CONSILIVM XXIV.

Permaneant in te Domine consilia mea.
Tob. 4.



FRatrum duorum in communione viuentium vnus totum, Alter nihil, vel parum de bonis communibus administrauit vsque in annum 1585. quo bonorum habitationis & mensæ per plures diuisiones inter vnam, & alteram temporibus intermissis, separatio incepit, quæ diuisiones arbitramento rogato anno 1592. denuo confirmantur. Anno vero 1605. ille qui nihil vel minus administrauit, Viam ingressus est vniuersæ carnis, qui viuens semper de administrationis ratione tacuit, de qua nunc a nepotibus patruus in iudicio conuen[illegible] tut, quibus patris consanguinitatem, diuisionum, pluralitatem, & longi temporis silentium opponens patruus dicit non teneri. Quæritur quid iuris?

1 Nepotibus videntur communes † regulæ patrocinari, de quibus in l. 1. §. officio, ff. de tut. & rat. distr. vbi scribentes, Quoscunque bonorum alienorum, vel communium administratores, etiam patres, fratres, & quoscunque consanguinitatis vinculo coniunctos teneri administrationis rationes reddere, & de quibus communi bus regulis, & earum ampliationibus late per Rol. cons. 49. lib. 1. Ceph. cons. 466. lib. 3. Quarum rationum obligationem

2 nulla. 30. annorum minor præscriptio † tollit l. aduersus vbi gl. & Doc. C. de neg. gest. & l. tutoris, C. arb. tut. Portius cons. 112. num. 81. Paneir. cons. 183. num. 7. Cam. Bor. cons. 31. num. 6.

Etiam quòd consanguinitate iungantur, & inter eos bonorum diuisio intercessetit, administrationis ratione ommissa, nihilominus saltem vsque ad annos 30. admi-

3 nistratorem † conueniri posse consuluit Ceph. d. cons. 466. per totum Cam. Bor. d. cons. 31. per totum Rimin. sen. consil. 300. num. 17. [illegible]

Sed prædictis non obstantibus in proposita facti specie, Censeo partes patrui ad petitionis nepotum exclusionem esse sustinendas. Quia negari non potest, quin

4 tria illa † concurrant, quæ ad petitionis exclusionem sufficere vult tex. *in l. Procula.* C. de probat, nempè consanguinitas cùm frater esset, cui debebat ratio reddi, temporis longitudo, cũ iam a prima diuisione anni 24. & ab vltima sexdecim anni præterierint, & ratio sæpius calculata per tot. bonorum communium diuisiones, & toties repetitas, & confirmatas, Quorum diuisionum multiplicitas rationum sæpius calculatarum vicem obtinere, immo

5 fortiorem sortiri † effectum ad rationum petitionem penitus extinguendam, aliis præcipuè duobus prædictis in d. l. Procula. concurrentibus suppositis; scribit Pau. de Cast. in cons. 126. sub num. 1. vers. tollitur lib. 2. Dec. cons. 267. col. 3. nu. 3. vers. non obstat. Thom. Gram. decis. 53. num. 39. Menoch. trac. de arb. iud. casu [illegible] num. 19. Quibus, & vnicam dicti [illegible] ad patrui intentionem

6 † sufficere [illegible] vero diuisio [illegible] arbitramento confirmatione, [illegible] & consanguinitate obstantibus, est nostra [illegible] fragabiliter admittenda consultatio. Accedentibus eò magis finalibus verbis, arbitramenti; quibus diuidentes fatentur

7 æquas † portiones omnium esse consecutos l. 1. ff. de confessis l. optimam, C. de

8 comm. stipul. & generalis confessio † debet omnia in dubio complecti, l. non aliter de leg. 3. l. 1. §. generaliter, *ff. de leg. præstan.*

Et ex hac decidendi ratione ad contraria responsio descendit, ea illis administratori-

9 bus obstare, † qui illorum trium carent concursu, vt etiam colligitur ex responsione Ceph. de cons. 466. num. 20. qui Ideo debet in specie nostri casus cũ prædictis pro patruo numerari, & eadem ratione non obstat Cam. Bor. consiliũ cùm in casu suo non esset diuisio completa, & per consequens nulla erat post diuisiones silentij longitudo, sicut nec fauet nepotibus

potibus Rim.sen.authoritas allegato cōs. 300. nu. 17. Quia in casu suo vnica supponitur diuisio, nec res agebatur inter cōiunctos, vltra quod longe istis Castrensis, Decij Grammatici, & Menochij præ ponderat authoritas.

Et cum etiam frater viuens, ad rationum calculum interpellatus ab altero, in eadem taciturnitate perseuerauerit, negari 10 non potest, quin hoc † legis Procula dispositionem augeat ex traditis per Ceph. conf. 80. nu. 6. & d.conf. 466. num. 24. Non enim ad filios pater transmisit, quod 11 ipsum † noluisse præsumitur, argumento. cap. is, qui in ius de reg. iur. in 6. vbi Dy.

Et cum etiam in hac actione negociorum gestorum obligatio vnica reliqui solutione tollatur, me fateor nescire; quid replicari possit, quominus etiam statutum cap. 165. nepotibus obstet. Nec hoc prætereo, licet dictum abundet, quod minus audiendi sunt, Actores, quorum debet et 12 de † administratis per patrem, & si minus, ratio præcedere, teste Rim. sen. d. cons. 300. num. 53. & seqq. attentis eo magis pluribus etiam in ipsum patrem mandatis, quæ plus ipsos Nepotes redderent primis rationibus obnoxios. Rol. d. cons. 49. num. 4. Marc. decis. 110. par. 1.

Vnde ex prædictis omnibus concludo petitionem Nepotum, quòd Patruus rationes reddat esse reuocandam: Et ita consulo, saluo, &c.

Ego Canonici, ciuilisq; iuris Doctor Io. Franciscus Scheuardus.

SVMMARIVM.

1 Maritus iure communi non prohibetur vxori legare.

Ampliatur etiam quod blanditijs, & vexationibus fiat vxoris nu. 2.

3 Lex noua disponens, quod est a iure veteri iam concessum censetur personam habilitare aliàs incapacem.

4 Vniuersalium dictionum ius, & effectus remissiuè.

5 Interpretatio in dubio fieri debet vt testatoris dispositio sustineatur.

6 Vltimas voluntates sustineri publicè interest.

7 Opinioni singulari statur pro testamento.

8 Fauorabilis est interpretatio quæ ius commune, & municipale concordat.

9 Verba etiam improprientur ad iuris communis correctionem euitandam.

10 Donationes, & legata reuocantur superuenientia liberorum de quibus testator non cogitauit.

Fallit expressa clausula codicillari verbis futuri temporis concepta. num. 11.

Fallit etiam si nato filio pater diu superuixit non mutato testamento, nu. 12.

13 Vxor, vna caro, vnum corpus, vna anima cum marito.

14 Voluntatis mutatio ad præiudicium dilectæ personæ minus creditur.

15 Legatum eo magis sustinetur, filio morte de medio sublato, legatario adhuc viuente.

16 Expressè dispositum illud censetur de quo disponens interrogatus respondisset.

17 Legatum reciprocum non reuocatur superuenientia liberorum.

18 Dispositio nulla de actu reciproco intelligitur, quæ de actu simplici loquutur.

19 Prohibita donatione inter virum, & vxorem, non censetur reciproca prohiberi.

20 Statutum requirens solemnitates aliquas non habet locum in reciprocis.

21 Statutum de insinuandis donationibus, de reciprocis non intelligitur.

22 Donatio reciproca non subijcitur querelæ inofficiosæ donationis.

23 Conuentio cuius dubius sit euentus, non reuocatur superuenientia liberorum.

24 Fideicommissum reciprocum, non reijcitur a legitima tamquam onus.

25 Minor non restituitur aduersus remissionem fideicommissi reciproci.

26 Dubij euentus ratione multa permittuntur quæ aliàs prohibentur.

27 Reciproca dispositio nulli dicitur grauamen inferre.

28 Reciprocè dispositum, dicitur potius permutatio,

tatio, quam lucrum.

29 *Reciprocum est fauorabile quod simplex odiosum existimatur.*

30 *Læsio attenditur ex tempore, & conditione contractus non ex euentu.*

31 *Donatio ob causam non reuocatur superuenientia liberorum.*

32 *Donatio ob causam nec insinuatione indiget nec ingratitudine reuocatur, nec exceptione, nisi in quantum facere potest, minuitur.*

33 *donatio reciproca dicitur donatio ob causam.*

34 *Donatio reciproca dicitur utriusque gratia contrahi.*

35 *Donationis reciproca dicitur vna alterius causa finalis.*

36 *Minor in diuisione læsus restituitur.*

37 *Minor non restituitur, nisi se probet esse læsum.*

38 *Minori non datur restitutio in integrum leuiter læso.*

39 *Præsentia Iudicis consanguineorum, vel amicorum fraudis præsumptionem excludit.*

40 *Læsio quanta sufficiat relinquitur arbitrio Iudicis.*

41 *Persona a comercio excipitur cum qua non tutè contrahitur.*

42 *Ius Commune ubique seruandum, nulla territorij vel iurisdictionis distinctione attenta.*

43 *Qualitas a statuto præsupposita, debet ab eo probari qui vtitur statuto.*

44 *Actio, quæ extra territorium instituitur, debet in eo iure fundari quo exteri vtuntur.*

45 *Consuetudo quod marito vxor succedat in tertia, non extenditur ad bona extra territorium.*

46 *Statuentium potestas finibus territorij clauditur, siue in personam, siue in rem loquantur.*

Additur quantum de dicta quæstione Doctores dissentiant num. 47.

48 *Effectus non potest esse sua potentia maior.*

49 *Limitata causa, limitatum producit effectum.*

50 *Paria sunt forum sortiri, & ligari statutis.*

51 *Mulier administrans bona filij, tenetur reddere rationes.*

ARGVMENTVM.

Agitur de legatis, & donationibus reciprocis inter virum, & vxorem quod statutis non comprehendantur de legatis, vel donationibus simpliciter loquentibus.

De Donationibus, quæ aliqua singulari ratione liberorum superuenientia, nec ingratitudine reuocantur.

De læsionis necessitate ad restitutionem minori concedendam.

CONS. XXV.

Sapientiam præbet Dominus facienti iustitiam.
Eccl. 1.



Ræsupponitur in facto nunc quon. Dominicum Gasparem Foppulum originarium Matij Vallistellinæ, quo in loco onera ordinaria, & extraordinaria sustinuit super bonis ibidem sitis, ab eoque possessis vsq; ad extremum vitæ suæ diem, suum Burmij transtulisse domicilium in quo oppido duxit in vxorem D. Catherinam de Albertis cum qua per plures annos cohabitauit, tandem de anno 1586. 9. mensis Augusti suum condidit testamentum, in quo inter cætera legauit prædictæ eius vxori omnia, & quæcunque bona mobilia, quæ tunc temporis post mortem prædicti D. Testatoris reperirentur in ipsius ædibus, cui, quidem legato vbi Testatoris hæredes, non acquiescerent, eidem legauit tertiam partem omnium bonorum mobilium, immobilium debitorum, &

capita-

capitalium, iurium, & actionum iuxta formam statutorum Burmij. In reliquis autem bonis (cùm nec ascendentes, nec descendentes haberet) instituit sibi hæredes vniuersales venientes ab intestato iuxta præallegatorum statutorum Burmij dispositionem postmodum nonnullis decursis annis dicti Iugales filium susceperunt cuius superuenientia non obstante prædictus Testator eius vltimam voluntatem non reuocauit, licet per plures annos cum filio superuixerit, obiit pater Domina Catherina mater in executione dicti legati facta oblatione agentibus nomine dicti pupilli num eidem interlaxare vellent dicta bona mobilia vel potius tertiam partem bonorum vtsupra, ipsi nullo viso inuentario, nullaque habita ratione facultatum relictarum a prædicto D. Testatore tanquam cum matre colludentes, quod eorum pace dictum sit, dare elegerunt dictorum bonorum tertiam partem in graue damnum, & præiudicij dicti pupilli, cum, & vltra dimidiam læsus legatur, & super inde inter matrem Curatores filij subsecutæ sunt diuisiones, in quibus matri adiudicata est dicta tertia pars: Item & altera tertia in executione statuti de his qui nubunt ad partem inferius describendi. Tandem decessit & dictus filius, nullis relictis descendentibus. Modo de pluribus dubitan. contingit.

Primò, num legatum dictorum bonorum mobilium siue suprascriptæ tertiæ partis debeatur, stante nullitate testamenti ob superuenientiam filij.

Secundò, dato, sed non concesso, quòd dictum legatum subsisteret, num debeatur dicta tertia pars, vel potius bona mobilia sic prout supra legata non obstante allegata diuisione.

Tertiò, Num ipsa D. Catherina consequi valeat illam tertiam partem de his, qui nubunt ad partem, cum nõ probet qualitates a statuto requisitas.

Quartò, Esto sine veritatis præiudicio, quòd qualitates a statuto requisitas demonstrauit, an illam tertiam partem petere possit super bonis in Vulturena Valle existentibus, in qua quidem Valle contraria penitus vigent statuta, scilicet, quòd maritus non possit vxori quicquam relinquere vltra duodecimam partem bonorum suorum sub pœna nullitatis, vt cauetur statut. in ciuilibus cap. 151.

Quintò, Num dicta D. Catherina tanquam Tutrix, vel saltem administratrix bonorum dicti eius filij teneatur Inuentarium conficere, & de gestis, & administratis debitam rationem reddere.

Deus illuminatio mea.



IN prima quæstione legatum, prout scriptum legitur, valere affirmatiuè respondemus, siue Cæsareo, siue Burmij in specto municipali iure, quibus coniugi nedum non prohibetur, verùm expressè permit-
1 titur vsque ad tertiam † posse legari, de illo patet textus in l. vnica §. sciendum. C. de rei vx. act. l. fin. C. de instit. & sub sti. sub condi. auth. præterea C. vn. iur. & vx. Natta cons. 463. nu. 6. Duran. de arte test. tit. 1. cap. 13. in fi. Etiam quòd
2 blanditiis vexationibus, & † infestationibus fiat per tex. in marito loquentem in l. fin. C. si quis aliq. testa. prohi. Curt. cons. 6. sub num. 7. Soci. iun. cons. 144. num. 55. lib. 2. Bello. cons. 74. numero 7. Municipale verò legitur statutorum cap. in illis verbis, possit quælibet persona, habilis tamen ad testandum, de tertia parte totius suæ facultatis quomodolibet, vbique, & cuilibet prout ipsa voluerit testari, & aliter in vltima volontate disponere &c. Quibus verbis nullam patet attendi in passiua testamenti factione personarum differentiam, sed omnes, &
3 omni personarum † discrimine sublato, ad capiendum habilitari ex doctrina tradita per Ias. in l. 1. §. nunciatio sub num. 5. vers. stat. ergo ff. de no. op. nunc.
Cui conclusioni patrocinantur quæ de vi, &
4 † effectu illarum dictionum vniuersalium, & eo magis geminatarum tradit Decia. cons.

conf. 19. nu.14. conf.35. nu.3. conf.44. num.14. & 15. lib.4. & conf.3. nu.134. & conf. 52. num.13. & conf.57. nu. 26. & conf.23. nu. 64. lib.1. & conf. 41. nu. 59. lib.2. Burf. conf. 138. num.27. lib. 2. & conf.224. nu.3. li.eo. Ceph.conf 451. Natta conf. 525. Bec.conf. 74. Pedroch. conf. 32. Alex. Raud. conf. 26. & 31. li.1.

Sed in Prędicta decisione confirmanda legatarię, inanis est labor, cui dicere sufficit, legatum nullo iure prohiberi, cum pro voluntate Testatorum sustinenda in dubio
5 † interpretatio fiat, l.Balista.ff.ad Trebell. Bar. in l. cum scimus.C. de Agric. & cēs. lib.10.l.si pats, ff.de inoff. test. & l.vel ne
6 gare, ff. quem testam. aper. publicèque † intersit vt testantium voluntates conseruentur gl. in l. Gallus, §.& quid si verbo, si vtilitatem ff. de lib. & posth.

Adeò vt vnico Doctori pro testamento ste-
7 tur † contra plures, Ias. in l. sicut num.2. in.fi. C.de test. mil. & in l.Gallus §, quod si his num.14.ff.de lib.& posth. & in auth. nouissima nu.41. C. de inoff. testam. Lana. tract.de testam. formul.45.

Quæ fauorabilior est hic eo magis interpretatio vbi legatum sustinendo ius Burmij
8 proprium, & commune concordamus † gl. in c. statutum. in verbo numerandam de præben. in 6. Rube. conf.45. num. 3. Natta conf. 514. sub. nu. 15. Cuius con-
9 cordiæ fauore etiam verba † impropriantur, vt per Abb. in c. dilectus extra de consuet.

Cuius effectum filij natiuitas non abstulit, li-
10 cet pro regula † habeatur, donationes, & legata, liberorum, de quibus testator non cogitauit, superuenientia reuocari vulg. l.si vnquam C.de reuocan. donat. Bat. in l.8. num.2. & 6. C.de confir. tut. quibus addi possunt allegata in conf.meo 22. primi.vol.num.24. & 93. & Aliique quamplures, quos more suo congerit. Tiraq. in repet.d.l. si vnquam in glo. donatione largitus num. 259. 263. & 265. Ommissa præcipuè clausula codicillari verbis futuris concepta, qua ex magis communi in d. conf. 22. num.147. latè
11 ostendimus † legata sustineri, & in qua etiam Tira. ipse residet in d. gl. Donatione largitus nu.270.

Sed ad prædicta, duo ad nostræ decisionis confirmationem respondemus, primum de regula ipsa *limitationem* deduci, quando nato filio pater testator *diu superuixit*
12 † non mutato testamento, quo casu in eadem legati voluntate perseuerasse tacendo significauit. Dec. conf. 490. num. 8. post Castr. in l.fin. in fi. C. de posth. hæt. instit. & in l.sicut certi. num.7. in fin. C. de mil. test. & in conf. 58. col. 1. vers. pro confirmatione, & conf. 60. clarum est in fin. Ripa in l. si vnquam num.45. C. de reuoc.donat. Cur. Iun. conf. 150. nu. 13. Ias. in auth. ex causa num. 25. & ibi Alex. num.14. vers. si verò culpa, C. de lib. præter. Imò in l. ex ea §. ex eis num. 4. ff. de testa. & in l. filio præterito num. 19. *ff. de in ius. rupto test.* Idem Castr. conf.200. in fi. li.1. & conf. 15. num. 2. vers. pro confirmatione lib.2. Bertr. cōs. 10. circa fi. li.1. Aret. in l.Titius in prin. de lib. & posth. Corn. conf. 195. num.6. vers. cum itaque lib.1. & conf. 128. num. 39. vers. vbi concludit lib.2. & conf. 150. num.4. vers. num Paulus: & conf. 194. num.7. & conf. 226. nu.13. lib. 3. Crott. conf.66. nu.12. & 14. lib.1. Crau. conf. 67. num.2. Ceph. conf. 138. num. 32. Rol.conf. 7. num. 30. vers. & eo magis lib.4. Aret. conf. vltimo in prin. Rom. conf.122. num.5. Alex. conf. 142. num. 5. li.2. Paris. conf.62. num. 25. & conf. 64. lib.2. Mantic. trac.de coniect. vlt. volunt. lib.12. tit. 1. num. 13. Gab. Rom. lib.6. commun. concl.tit. *de clau. concl.* 8. num.15. Menoch. tract. præsump. lib. 4. cap. 40. num.13. Hancque patet authoritatibus, rationibus, & similibus magis tueri traditis per Tiraq. in d. repet.l. si vnquam in glo. susceperit liberos num. 212. & seqq. vsque ad num.220. Quam etiam amplectitur Osas. decis. 122. numero 9.

Quam iuris sententiam hic eo magis recipimus, vbi vxor est, cui legatur, forsan filio nil minus dilecta, vna cato. cum vi-

13 ro, vnū † corpus, vna anima, Tiracq. de legibus connub. l. 8. nu. 12. & cuius acquisitioni filius successione continuatur, l. in suis ff. de lib. & posth. Soc. Iun. cons. 99. num. 11. lib. 1. quæ in causa versantur, vt minus præsumatur voluntatis mutatio, & vt magis legatum, amplietur vt per Cam. Bor. cons. 96. num. 10. Paris. cons.
14 79. qui † in vxore dilecta loquens scribir, aliquid contra communes regulas speciale induci, cum vxori legatur. quam diligebat Testator nu. 14. li. 2. Multo ma
15 gis filio posthumo deinde viua † matre legataria, mortuo, cuius matris legatum denuò vires assumit ex latè traditis per Tiracq. in repet. d. l. si vnquam in gl. susceperit liberos num. 163. & seq. Et de casu isto idem Testator interrogatus res-
16 pondisset, quòd ideò censetur † expressum, l. Titius §. 1. vbi Doc. de lib. & posth. gl. in l. tale pactum, §. fin. de pact. Ceph. cons. 114. num. 17. & 50. Burs. consil. 202. num. 38. lib. 2. Decia. consil. 31. num. 139. lib. 1. & cons. 44. nu. 79. lib. 3. Crau. cons. 33. num. 23. Dec. cons. 227. num. 9. vers. tertio. Rui. consil. 179. nu. 8. lib. 2. Soc. iun. cons. 135. num. 21. li. 1.

Secundum est, quod ad idem obiectum de filij superueniētia respondemus, & quòd contradicentium authoritate carebit, Regulam reciprocum, mutuum, & vicissitudinarium, quale hoc est, legatum non comprehendere, quòd superuenien-
17 tia liberorum non reuocatur, † vt latè per Tiracq. in d. gl. donatione largitus. num. 126. vbi in specie donationis inter coniuges, & num. 133.

Nulla enim reciproca dispositio in lege, vel
18 statuto continetur, quæ simpliciter † de actu, vel dispositione loquatur Rom. cons. 26. sub. num. 7. latè idem Tiracq. in d. glo. donatione largitus a numero 110. vsque ad num. 127. Boer. cons. 51. num. 2. Osas. dec. 110. Crau. cons. 45. Dec. cons. 202. & cons. 232. Franc. Marc. quæst. 22. par. 2. Gheil. obser. lib. 2. cap. 40. Gui. Pa. singu. 878. Mars. singu. 50. Rom. sing. 820. in quibus locis
19 præcipuè de prohibita donatione † inter vi. & vx. habetur in ea prohibitione reciprocam non comprehendi. quibus adde tex. expressum in l. quod autem §. si vir. ff. de donar. inter vi. & vx. Soc. reg. 28. lim. 1. Alex. consil. 152. num. 9. lib. 6.

Hinc est, quòd statutum requirens aliquas
20 † solemnitates non habet locum in reciprocis. Ias. in l. pater num. 3. C. de inoff. test. Mars. sing. 233. num. 3. Gab. Rom. comm. opi. tit. de donat. conclu. prima, nu. 65. Alex. cons. 152. num. 9. vers. præterea lib. 6. Soci. reg. 29. lim. 1. Clar. in §. donatio quæst. 26. vers. sed nunquid.

Et ideo neque ad reciprocam statutum pertinet quod de insinuandis donationibus
21 † loquitur Alex. cons. 83. nu. 18. li. 2. vbi de comm. M. Anto. Pereg. cons. 76. num. 23. & 29. Castr. post Cy. in l. si pater in si. C. de inoff. test. Mars. d. sing. 51. Tiraq. d. gl. donatione largitus nu. 110. & 127. Sicut neque querelæ subiicitur inofficio-
22 sæ † donationis. Tiraq. d. gl. nu. 140. Similiter neque conuentio aliqua cuius du-
23 bius fuerit euentus liberorum † superuenientia reuocatur, vt ibidem Tiracq. nu. 126. subdens neque fideicommissum re-
24 ciprocum a legitima tamquam onus † excludi. Neque minorem aduersus fideicommissi reciproci remissionem resti-
25 tui † in integrum num. 128. & 129. Sic
26 que multa alia † ratione dubij euentus permitti, quæ aliter prohibentur nu. 131.

Ratio totius proximæ responsionis est quia
27 † nullū dicitur grauamen inferre. Rom. d. cons. 26. Belo. cons. 5. nu. 13. Dy. cons. 49. num. 9. vers. præterea, Et potius dici-
28 tur † permutatio quam lucrum M. Anto. Pereg. d. cons. 76. nu. 29. Tiraq. d. gl. donatione largitus num. 110. & 130. Et ideò quod simplex esse odiosum, in fauo
29 rabile † reciprocè conuertitur Belo. & Dy. vbi supra Tiracq. glo. prædicta, nu. 111. 116. & seqq. Nec ab euentu di-
30 citur aliquis læsus esse; qui de † dubio euētu contraxit l. de fideicommisso C. de transf. cum aliis plur. per me cumulatis in cons. 35. num. 97.

F Alia

Alia est eiusdem responsionis ratio, quia donario ob causam (legatum enim donatio diffinitur, §. legatum instit. de leg.) libe-
31 rorum † superuenientia non reuocatur. Dec.cons. 20. & 181. col.fin.ad fi. Natta cons. 674. Rota Auen. decis. in decis. diuersorum num. 9. Petrus de Benint. decis. 98. num. 8. Franc. Marc. decis. 545. num. 38. par. prima Alex. cons. 39. nu. ad fi. lib. 3. & cons. 40. super primo sub num. 13. lib. 4. Corn cons. 4. col. pen. & cons. 206. col. 8. vers. concurrit lib. 3. Tiraq. in d. glo. donatione largitus num.
32 141. & seqq. Vbi ideo † infert eam nec insinuatione indigere, nec ingratitudinis periculum pati, minus donantem ob causam ne nisi in quantum facere potest con
33 ueniatur, beneficio frui: Ob causam aūt† esse dispositionē reciprocam tradit Fran. Veg. cons. 52. num. 19. Tiraq. d. gl. donatione largitus nu. 110. 118. & 133 Et sequentibus rationibus comprobatur.
34 Prima, quia reciproca † fit gratia vtrinsque Dec. cōs. 20. nu. 7 Tiraq. gl. eadem nu. 139. Alia, quia vna alteram respicit tan-
35 quam † causam finalem non impulsiuam & sine qua non præsumitur testatorē, seu donantem aliàs esse facturum ad tradita per Bec. d. cons. 20. num. 11. & 12. quem commendat Viu. decis. 404. in fi.

Secundi verò quæsiti examen ingressus ad illud respondeo standum esse diuisioni, quā fecerunt vxor legataria, & hæres sui Curatoris, & consanguineorum interuentu, iudicisq; decreto, nisi nunc Actores tā tam læsionem probent, quæ aduersus legari electionem ad restitutionem in integrum sufficiat: Qm̄ verò duas positiones hæc responsio habet, vnam scilicet quod captus minor restituatur, alteram quòd suum sit de læsione probationis onus:
36 Ideò primam † probamus textu expresso in l. & si fine, ff. de min. Azo. in Rub. de rest. in integ. nu. 12. Spec. eodem tit. §. 1. num. 2. Gomes. var. resol. lib. 2. cap.
37 13. nu. 4. in fi. Secundam † verò probat tex. in l. quid si minor §. non semper, ff. de min. Menoch. lib. 3. præsump. cap. 82. num. 14. Surd. latè consil. 95. num. 2. li. 1. Et de magis communi Gab. Rom. comm. conclu. tit. de min. concl. 1. num. 1. Ioseph. Lud. decis. Perus. 18. num. 59.

Quod adeò verum est, vt non quælibet læ-
38 sio † sufficiat Grat. cons. 4. num. 81. li. 1. Rui. cons. 119. num. 4. lib. 5. Rom. lib. 2. comm concl. cap. 1. tit. de rest. in integ. Mago. decis. 68. Luc. in fi. Capic. decis. 13. nu. 5.

Difficiliorem etiam probationem deceptionis, Iudicis consanguineorum curatoris,
39 & † amicorum præsentia reddit, l. 1. vbi Bar. C. de præd. decur. lib. 10.

Cuius tamen læsionis quantitatem fateor Iudicis inspecta qualitate personæ, & bo-
40 norum arbitrio † relinqui, vt Iarè per Sfor. Odd. tract. de rest. in integ. quæst. 4. art. 13. per totum.

Firma ergo diuisio manebit sufficientis læsionis probatione cessante, aliter esset mino-
41 res a comertii benfificio excipere † vt legitur in tex. d. l. & si siue Sfor. Odd. d. q. 4. in prin. Et consequenter D. Catherina legataria mariti testatoris voluntate fruetur; non solùm in bonis Burmiensis territorij, sed nostræ etiam Vallistellinæ iurisdictionis, cum vt supra probauimus [illegible] statutum habeamus, quod [illegible] cum inter coniuges prohibeat, in [illegible] nos etiam iure communi vtamur, [illegible]
42 nulla est † territorij, vel iurisdictionis differentia. Alex. cons. 128. sub num. 5. lib. 1. Alba cons. 761. nu. 47. Natta post Bal. cons. 514. sub. num. 17.

In tertio dubio contra D. Catherinam respōdemus, ab ea quod nupserit ad patre, qua
43 litatem omnino esse probandam, vt † per Ofas. decis. 20. num. 9. & decis 88. nu. 6. Hocq; est tam vulgare axioma, quod illud iam disputatio reliquit.

In quarto dubio respōdemus quod actio ab ipso Burmij statuto descendens non po-
44 test extra eius iurisdictionem exerceri † quoniam debet actio, quæ extra exercetur in eo iure fundari quo exteri vtuntur, vt per Alex. d. consil. 128. sub numero 5. ibi secus si se fundet Natta d. cons. 514. sub. num. 17. Et Ideo consuetudinem Anglicanam,

glicanam, quòd marito vxor succedat in
45 tertia, non extendi ad bona extra † tradit Rom. com. concl. tit. de stat. concl. 9. nu. 10. Ratio quia territorij finibus clauditur statuendi potestas, verbali distinctio-
46 ne reiecta quod in † rem, vel personam loquatur, vt latè per Burs. cons. 189. nu. 62. 64. & 65. Et quamquam materiam istam confusam appellet Alba. cons. 307.
47 nu. 1. In qua varias † numerat opiniones. Tiraq. de primog. q. 46. in quibus dicunt hincinde posse rotari. Bal. cons. 439. in fi. lib. 4. Ceph. cons. 309. nu. 68. Nihilominus in ea positione insisto, quòd qui dumtaxat ex alterius territorij statuto venit, extra actione caret, vbi necesse est alieno iure vtatur, quoniam non potest plus in
48 actu vel effectu † quàm in potentia versa ri, Burs. 1. cons. 189. nu. 65. li. 2. & limita
49 ta † causa limitatum producit effectum vulg. l. in agris, ff. de acq. rerum dom. in his scilicet, in quibus extra necessario fo-
50 rum dumtaxat sortitur, quoniam † paria sunt forum sortiri, & ligari statutis glo. & Doct. in c. quod Clericis de fo. comp. Nat ta cons. 149. num. 10. Hæcque intelligi- s salua, [illegible] est, societatis ratione. Administration s verò rationes ab ipsa red-
51 dendas, † de quibus agitur in vltimo dubio, affirmo cum Menoc. li. 2. de arb. Iud. casu 209. Boer. q. 15. num. 1. Ceph. cons. 309. nu. 9. Ario. Pin. in repet. l. 1. in 2. par te n. 27. 28 & 29. Et ita prout sup. cōsulo.

Ego Io. Franciscus Schenardus I. V. D. & Ill. D. Vasse præsidis Locumt.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio duo requirit extrema.*
2 *Dominium pecuniæ ipsius consumatione extinguitur.*
3 *Actionis hippotecariæ requisita.*
4 *Actio negociorum gestorum non competit ei, qui nullam actionem habet, quam cedat*
5 *Retrodato resoluitur hippoteca inter venditionem cum pacto gratiæ, & retrodatum contracta.*
6 *Ratificatio venditionis ab altero facta, quando actionem negot. gest. tribuat. ratificāti.*
7 *Condictio ex lege non competit contra habentem causam onerosam.*
8 *Actio personalis unde nascatur.*
9 *Pecunia bona fide consumpta non reuocatur.*
10 *Hippothecaria agens tenetur compensare quicquid cum alys transigendo fuit consecutus.*

CONSILIVM XXVI.

Diuino auxilio humiliter implorato.



A Domino Gabrio euicto, licet Alexandri vendito ris bona omnia haberet hippothecata, D. Io. Iacobus indebitè vexat, a quo fuit actor retrodato & pecuniæ consumatione bona fide præuentus. Nostramq; consultationem [illegible] enumeratio probat, quibus Actor uti possit. Nā rei vendi
1 catio cessat q̄ hic vtroq; † caret extremo de quo in l. officiū, & l. in rem, & l. qui petitorio ff. de rei vendic. vltrà quod etiam
2 pecuniæ dominium † ipsius consumatione extinguitur l. si alieni ff. de solut. & l. cum fundus §. seruum suum, ff. si cert. pet.
3 hippothecaria † vult possessionem vel dolum ex parte conuenti adesse l. pignoris persecutio ff. de pign. §. item seruiana vbi Ias. instit. de act. & l. quæ nondum §. qđ dicitur ff. de pign. Pap. in for. lib. in act. hipp. gl. ex memoratis nu. 2. vers. quarto, Vultque rem, quæ petitur fuisse de bonis debitoris tempore obligationis d. §. quod dicitur Pap. vbi supra nu. 3. vers. quinto, quod de pecunia dici non potest: Nego-
4 tiorum gestorum † actio cessat, cum nullū Actor cedere possit per quam sit Reo cōsultum ex traditis per Bar. in l. Iulianus 17. ff. de rei vend. & in l. scimus §. & si præfatam num. 4. vers. sed contra C. de iu. de lib. Et quia, nec emptor euinci potest, vti
5 † retrodato securus Bar. in l. 3. ff qui mo. pig. sol. Dec. cons. 88. nu. 3. Menoch. cons. 116. nu. 32. Boer. decis. 181. nu. 8. Rota Auen. decis. 28. nec retrouenditor. per cō

sequens de euictione tenetur, cuius ideò
6 negotium dicatur † Actor ratihabitione
gerere ad tradita per Bart. in l. mater nu.
7 5. C. de rei vendic. condictio † ex lege o-
nerosæ causæ exceptione repellitur teste
Tho. Gram. quæst. 1. post. decis. num. 7.
Minus aduersus eum alia personali vti po
8 test, inter quos † nullus præcessit contra-
ctus §. omnium, & ibi Doct. instit de act.
Capic. decis. 78. num. 4. similique enume
ratione vsus pecuniam bona fide cõsum-
9 ptam nullo pacto reuocari posse † conclu
dit Gram. de quæst. prima per totam An
dr. Gheil. li. 2. obser. cap. 25. Afft. decis.
190. Idem Capic. d. decis. 78. nu. 2. vers.
tamen sacrum. Minus d. Gabrius hoc pre
cium retrodati reuocare potest, ad quod
illius tempore nullum erat adhuc crediti
ius in esse productum. Cui obstat etiam,
quod debet in sui crediti calculo id com-
10 pensare † quod cum aliis transigendo de
petitione dimisit Luc. de Pen. in l. 1. nu.
13. C. de decur. lib. 10. Et ita iuris esse cen
seo, saluo cuiuscunque saniori consilio
semper &c.

Ego vtriusq; Iuris Doctor Io.
Franciscus Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in testamento etiam ad conscientia exonerationem sortitur naturam legati, vt possit ab eodem testatore reuocari.*

2 *Amplia etiam in confessione, & legato de male ablatis.*

3 *Contraria multorum opinio refertur.*

4 *Confessio etiam aliàs irreuocabilis probato errore retractatur.*

5 *Amplia etiam quod confitens esset in facto proprio.*

6 *Confessio est omni alia probatione potentior.*

7 *Confessio præsumitur erronea aliquod instrumẽtum esse resolutum, si consuetudo est tale instrumentum per scripturam resolui.*

8 *Sui Hæredes habitantes cum patre præsumuntur scire patris facta, vel contractus*

ARGVMENTVM.

De Confessione facta in testamento.

De reuocatione confessionis, & probatione erroris.

CONS. XXVII.

Da mihi sedium tuarum Domine assitricem sapientiam. Sap. 9.



IN proposita mihi facti specie Mag. D. Prætor, de qua legitur in actis, & iuribus mihi transmissis eorum sententiam sequor, a quibus nobis eorum scriptis traditum est, confessionem ab eo D. Mora *in testamento* suo emissam legati naturam *sorti-*
1 *ri* & ideo [illegible] posse reuocari, quorum
primum in ordine recensemus Bartolum
qui de confessione ad [illegible]
nerandam in testamento [illegible]
affirmatiuam istam pro testatore [illegible]
2 re firmat in l. cum quis decedens, §. co-
cillis nu. 5. de leg. 3. & in l. Lutius §. q
quis de leg. 2. quem sequitur Bal. in l.
Aquilia, §. cum testamẽtum ff. ad l. Aquil.
quicquid alibi implicitè loquatur præci-
puè in l. generaliter 4. 10. C. de non num.
pec. Eundem Bartolum secutus est Arec.
affirmans hanc esse communiorem sen-
tentiam in cons. 64. col. pen. vers. venio
ad secundum post Nicol. de Ma. Io. And.
& Butr. secutus est etiam eum Corn. in
cons. 132. profectò li. 1. & cons. 145. ad
euidentiam num. 1. lib. 1. Barb. cons. 54.
col. 2. lib. 2. Bertr. cons. 211. col. 1. li. 2
Salic. & alij in d. l. generaliter nu. 9. v. d de
communi testatur Alex. cons. 153. sub
num. 16. vers. postremo li. 2. & cons. 20.
num. 1. lib. 4. Rom. cons. 445. consulta-
tio num. 9. Cum. cons. 37. in fi. Phan. trac.
de Inuen. par. 7. num. 118. & seq. Ean-
dem

dem communem affirmat Anch. iun. q. 58. Surd. decis. 250. num. 1. & seq. post Butr. Abb. Fel. Flor. & alios Manr. de coniecturis vltimarum voluntatum li. 10 tit. 4. num. 52. Gomes. de succ. ab intest. cap. 12. num. 81. Lanf. de Oria. Iac. de Belu. & alij, quos allegat Tiraq. de priuilegiis piæ causæ priuil. 117. Cyn. in d. l. generaliter q. 10. Lanfr. de Oria. in c. qm̃ contra tit. de conf. num. 46. & seq. Ang. in l. 1. C de falsa causa adiect. leg. Cald. cons. 262. aliàs 33. de test. Alex. cõs. 122. nu. 6. & seq. num 3. lib. 7. vbi latè in ter-
2 minis † confessionis, & legati etiam de male ablatis restituendis, nisi facta sit in foro pœnitentiali: Alios, qui Bartoli sententiam secuti sunt, vt infinitatem euitem, consultò prætereo; numerus.n. eorum nequit inueniri: Qua tamen ratione sola non moueor, cui etiam multi aduersan-
3 tur † de quibus per eundem Tiracq. d. priuil. 117. & per Mascar. tract. de probat. concl. 359. num. 25. sed alia hęc ratio me in voto pro d. Mora actore retinet, quod etiam cõfessio cuius error probatur, reuo-
4 cari potest † quæ alias irreuocabilis esset, Bal. in l. ratione lib num. 2. C. de probat. & ibi Bart. num. 3. Cum. cons. 37. in fin. Bal. 488. ad fi. li. 4. Curr. sen. cons. 69. nu. 8. Crau. cons. 157. nu. 8. & cons. 188. num. 11. Ias. in l. error. C. de iur. & facti ignorantia, etiam quod confitens verse-
5 tur in facto proprio constito † rem aliter se habere, quàm confessionis verba sonãt. Ruin. cons. 10. num. 16. lib. 3. Alex. cons. 47. num. 16. lib. 1. Affl. decis. 44. num. 3. Dec. cons. 408. Ceph. cons. 369. nu. 133. li. 3.

In proposita autem mihi controuersia errorem censeo sufficienter probari.

Primò ex Reorum confessione, qui de se ipsis negant, quod de ipsis confessio ponit,
6 nulla.n. est maior † probatio, quàm confessio partis Hip. Rim. in cons. 134. num. 33. Dec. in l. cum te nu. 14. C. de trans. Bal. cons. 192. proponitur quod in quadã. Neuiz. cons. 38. num. 7. Soc. iun. consil. 5. nu. 4. vol. 3.

Secundò probatur cum de enunciata solutione nulla appareat scriptura cum tamẽ ad resoluendas publico instrumento restatas obligationes soleat fieri, a quo scriptu-
7 ræ defectu ad erroneam confessionem † probandum arguit Cum. cons. 31. col. 2. vers. at vbi.

Tertio a subsecuta vniformi. fictorum pręstatione, in qua hæredes perseuerauerunt. Quorum non esset probabilis ignorantia
8 solutionis si facta esset, cùm sint sui † hæredes qui cum patre simul viuentes cohabitabãt, Crau. cons. 123. nu. 1. Alex. Raud. decis. 11. nu. 15.

Quartò negari non potest, & iuramentum ipsius actoris adminiculari gl. in l. sed & si §. ideoq; de iureiur.

Quibus stantibus dictam cõfessionem a reis productam concludo nil petitioni D. Moræ obesse. Cætera Vestræ Magnificentię supplemento relinquens. In quorum fidem, me hic cum sigillo subscripsi.

Ego Io. Franciscus Schenardus I. V. D. & Ill. Vallistellinæ Præsidis generalis Locumtenens.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ illi in dubio Ecclesiæ debentur cuius prior est fundatio.*
2 *Ecclesiam vnam prius alijs esse fundatam unde dignoscatur.*
3 *Decimas per laicos non posse acquiri possideri, neque præscribi.*


ARGVMENTVM.

Decimæ cui debeantur, ex pluribus Ecclesijs, illas habere contendentibus.

Et de incapacitate laicorum.

CONS. XXVIII.

Decimas offerre non tardabis.
Exod. 22.



Eritas est ex pluribus Ecclesiis quãquam Curatis intra Plebis limites existentibus, decimas illi in dubio
1 deberi cuius † prior est fundatio Abb. in c. cum contingat nu. 7. & 8. ex̃ de decim.
2 Fran. Monal. cons. 61. nu. 25. li. 1. Id † verò dignosci, si vna ab alterius Rectore signum aliquod subiectionis receperit, put per alicuius recognitionis vniformẽ præstationem; aut per olei sancti, seu aquæ baptismalis receptionem in Sabbato sancto. Abb. & Monal. ibi: Ex his inferimus in proposita facti specie, Multum R. piiq; Viri Archipresbyteri Clauenæ, cuius ineritum nequit laudibus æquari, & cui meus nunquam calamus nocuit, teste Christo in nouissima die, intentionem esse fundatam contra Ecclesiam S. Cassiani de Plurio, si alterutrum saltem olim subiectionis signum præcessores recepisse probabit: Quo etiam cessante hoc contra eã dem Ecclesiam ad victoriam sufficit, si illa nunquam, sed Archipresbyteratus in eius possessione steterit, vt eisdem allegatis legitur locis, præcipuè cum, & fine possessione nemo præscribat. c. sine de regu. in 6. Quibus fundamentis sic, vt sup. constitutis, id verum etiam subsequitur, Decimas vti spirituales, Deo in signum vniuersalis Dominij dicatas, in laicos non
3 posse † alienari, per eos non posse possideri, neque etiam immemorabili antiquitate retineri, vel præscribi, vt plenis colligitur consiliis Bero. in cons. 21. & cons. 84. lib. 1. M. Anto. Pereg. in cons. 74. Cam. Borel. cons. 20. & Viu. decis. 4. per totum. Ex quibus vt sup. firmatis conclusionibus consulo Archipresbyteratum debere in possessione reintegrari exigendi decimas a Pluriensibus eorum, & Reu. Curati con traditione penitus exclusa, præcipuè cũ solis annis 80. decimæ præstationem cessasse mihi præsupponatur in facto. Hicq; me finem facere temporis angustia cogit.


Schenardus.

ARGVMENTVM.

Ostenditur quomodo hominum necessitati Magistratus authoritate, & officio consulatur aduersus bestias fructus terræ deuorantes videlicet erucas, brucos, locustas, & similes.

CONS. XXIX.

Iudicia Domini, abissus multa.



S T. Constantiensi, Heluetica, & nostra consuetudine receptum [illegible] qua etiam testatur [illegible] secundus quæst. 4. [illegible] 8. disquis. magicarum quorundam vermium, vulgo, gatte, nuncupatorum voracitati, ipsis citatis, & per procuratorem *prius* constitutum auditis, Iudicis officio occurrere, vt a reliqui deuoratione prohibeantur. Quibus pro tribunali *editis prohibitionibus*, statim parendo ad locum se conferunt pro alimento constitutum, quod mihi admodum difficile fuit remedium probare, quoad mihi illius veritatem vniformis experientia indicauit, etiam vti istius Magistratus locumtenenti propriæ sententiæ exemplo. Idque me ab hac credulitate retrahebat, quod essent præcepti incapaces rationis sensu carentes, vt per Iurecons. in l. 1. ff. si quadr. paup. fecis. dicatur. Et quia de cunctis nascentibus edentes suo iure vtuntur Psal. 103. & Gene. 1. in fi. ibi: Ecce dedi vobis omnem herbam,

herbam, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ. Fortius cum Deus ipse sit, qui voracem eorum augens naturam in humanas sic iniquitates animaduertat, vt nos docet Aegiptiæ calamitatis exemplum 8. & 10. Exodi. Idque suæ legis fraudatoribus minatur Leuit. 26. ibi Emittam in vos bestias campi, quæ consumant vos, & pecora vestra: Ioann. Apocal. 9. de fumo putei exierunt locustæ, & data est illis potestas. Quod præcipuè ibi euenire vbi Deo ministrantes decimis suis, pauperesque sua iustitia fraudantur, dicit Malac. 3. & 16. quæst. 1. c. reuertimini,

Quò ad præteritam aliquam immanitatem vendicandam in irrationabilia animalia fateor in foro ius dici ne tali flagitio indigna viuendo refricetur facti memoria, c. mulier 15. q. 1. c. valet 81. distinc. Quare porcum in Burgundia fuisse suspensum testatur Gui. Pap. quæst. 238. Ipsisque dari defensiones scribit Rol. a Val. cons. 12. num. 45. lib. 3. post Mars. cons. 8. num. 28. & cons. 25. num. 50. & cons. 31. num. 4. & cons. 33. num. 49. Et contra animalia plures in patria, & alibi vidisse inquisitiones, & processus formari, ac sententias proferri refert Viu. decis. 68 num. 5.

Sed quod iudicialis ministerij ea sit virtus, vt a futuro malo sola condemnatione reuocentur, maior est difficultas, quam tamen, vt dixi, experientia euincit. quæ etiã deberet sola sufficere, licet non posset ratione demonstrari, argu. l. non omnium, & l. minimè ff. de legi.

Rationes tamen aliquæ nobis occurrunt, Quarum est prima, quòd indubitatæ veritatis est id fieri Dei posse iudicio, vt legitur Malac. 3. ibi: Increpabo deuorantem & non corrumpet fructum Apocal. 9. ibi, Et præceptum est illis ne lęderent fenum terræ, neque omne viride. At quod Iudices proferunt non est hominis, sed Dei iudicium, Deuter. 1. Ergo sic sussicendo fieri posse probatur.

Secunda quod homini ante primi criminis parentis absolutè parebant, sed post aliquid fuit ei de potestate diminutum, Grisost. Homel. in Psal. 8. col. 10. in fi. At homini vti iudici nihil est de potestate detractum Pau. ad Rom. 13. qui de omni anima loquens debet etiam de sensitiua tantum prædicari, ex traditis per gl. in §. pen. vers. conuentus de trien. & semis. Dec. in c. Sedes num. 12. & 13. extra de rescrip. Ergo, &c.

Tertia altera non minor occurrit, quod subditus potestati alicuius dicitur eiusdem iurisdictioni subiectus Abb. in c. significasti col. 4. vers. nam dicitur extra de for. compet. cuius iurisdictionis est prohibere quemadmodum punire l. legis virtus. ff. de legi. l. æquissimum, ff. de vsur. At animalia irrationabilia Dominus hominum subiecit potestati, Psal. 8. Pau. ad Hæbre. 2. Ergo etiam iurisdictioni, qua validè prohibeat.

Quarta est, quia cuius est potestas præteriti puniendi maior est, vt occurrat contingentis futuri Barb. cons. 64. col. 2. lib. 1. Cass. ad consuet. Burgun. Rub. 4. §. 7. gl. supposeque num. 48. At præteriti iam est supra probata potestas, ergò eo magis, & futuri.

Quinta videtur huic consuetudini hæc ratio patrocinari, quod eundem effectum non solum maledictio exorcismus, & coniuratio ecclesiasticè prolata consequitur, vt exemplis probat Lausannensis Episcopi, Beati Bruminij, S. Patricij, & aliorum Mart[illegible] del Rio disquisitionum magicarum lib. 3. par. 2. quæst. 4. sect. 8. vers. 3. licet: Sed etiam incantatio priuata potestate prolata, iuxta illud Daui. Psal. 57. sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas vt non exaudiat vocem incantantium, & Hier. 8. Quod de cocodrillis restatur Villamontius Itinerarij lib. 3. c. 12. De equis Arnobius lib. 1. Hier. in vita Hilarionis, Cassiod. lib. 3. Epist. 51. & de tauris legitur in vita S. Siluestri, & apud Griland. quæst. 8. in fi. At id publicę legitimi Magistratus authoritati, & cui est data potestas a Deo, Apost. ad Rom. 13. ac etiam qui tale ministrat præceptum, seu officiũ, in digito Dei iuxta illud Matthei, 12. cen-

seri-

ſtri negatum. Mihi nulla poteſt ratione inſinuari, Cui etiam maiora Deus in fide promiſit Pau. 1. Corint. 13. & Matth. 21.

Sexta talem conſuetudinem, atq; remediũ perpetuæ ipſius vniformis experientiæ ratio firmat cum ſic ab euentu etiam Propheta Dei cognoſcatur, atque Dei eloquium Deut. 18. & 1. Reg. 9. & 10.

Ex quibus concludo conſuetudinem, prædictam nec ratione, nec authoritate carere. Saluo ſemper S. M. Eccl. inerrabili iudicio. Præſenti exarata conſultatione innotuit mihi Bartholomæi Caſſanei conſiliũ primum, quo idem probat ad plura pompoſè diffuſus. De aliis remediis ab exemplo Romanorum agit Menoch. trac. recup. poſſ. remed. 12. num. 37. & Magon. decis. Floren. 67. num. 14.

Schenardus.

ARGVMENTVM

De citatione, & prouocatione ad Diuinum Iudicium, vulgò ad Vallem Ioſaphat nuncupatum.

CONS. XXX.

Initium Sapientiæ eſt timor Domini.

IO. Antonius de Zucha, putans ad ſupplicium iniuſtè conduci, volebat Iudices ad diuinum iudicium, ad Vallem Ioſaphat, vulgo dictum, p̃ſcripto comparendi termino, appellatione prouocare, cuius propoſitum illi irridebant, qui non niſi credunt mittentes digitos in fiſſuram clauorum. Ego quem aliqui requirebant aliquid in medium proferre, affirmabam in dubio dolendas Iudicum vices, quoniam rationes, authoritates, & exempla periculum oſtendunt. Ratio primum quæ nobis ſacræ Hiſtoriæ obſeruatione inſinuatur, huiuſmodi diuini iudicij implorationes receptas, quarum illa prior occurrit quæ de Abimelech; & *Sichemitis*, ad imprecationem Ioathan *legitur*, 9. Iudic. De Nuntiis Regis Ochoziæ ad *inuocationem* Eliæ legitur 4. Reg. cap. 1. Eliſei iniuriam diuino per eum poſtulato iudicio vendicatam: Suſanam a ſupplicio huiuſmodi ad Deum prouocatione ereptam, Dan. 5. Sic Moyſen a Dathan & Abiron calumnia iuſtificauit num. 16. Saul ad Deum clamante: *Deus da iudicium*, vnum criminis. Reum detexit alios purgauit, 1. Reg. 14. & Ioſue, 7. pluribusque aliis ratio præſens probationibus confirmatur, tota cauſa 2. q. 4. & relatis per *Sigisb.* in Chron. anno 870. atque de *Monomachiæ, ignis*, ferri, candentis, aquæ calidæ, vel frigidæ periculo, & purgatione traditis per Mart. del rio diſquiſ. magic. lib. 4. cap. 4. q. 4. *Deus* de Cœlo proſpicit, vt gemitus *compe*ditorum audiat Pſal. 101. Cuius iuſtitiæ ſupplementum innuens Spiritus ſanctus ſapientis ore dicebat: Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris ſuper hos negocio, quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos eminentiores ſunt alij, & inſuper vniuerſæ terræ Rex imperat ſeruienti Eccleſ. 5. *Ad quẽ* ideo pro omni Saulis, & inimicorum iniquè perſequentium interitu, & exitio Propheta confugit Pſal. 108. *& alibi, vt cau*ſam ſuam Deus ipſe iudicaret obnixè rogabat Pſal. 25. & 42. Ex quibus concludimus ad Diuini Tribunalis iudicium prouocationem ratione probari, quod etiam contra Saul alibi Dauid implorabat, 1. Reg. 24. & contra Abraham vxor Sara Gen. 16.

His accedit eorum authoritas, quorum teſtimonio, aliquibus interuenientibus requiſitis huiuſmodi appellatio, vel citatio probatur vt Feuerd. in caput Hoſter decimumtertium libri 4. Io. Bab. Terzi toto ſupremi remedii Dialogo Mart. del Rio diſq.

disq. magi. lib. 4. cap. 4. quæst. 3. sect. 1. Multorum verò exempla, quos opportuit statuta die Iudicio Dei moriendo sistere leguntur allegato Dial. fol. 9. & 13. & allegata sect. prima magicarum disquis. ex proprio eorum testimonio, & Tracagn. hist. lib. 15. Petri Messiæ Siluæ par. 3. ca. 21. Ionæ Abbatis in Vita S. Eustachij mense Martio, ac demum ex variis Britanicis, Hispanis, & Germanis scriptoribus, & aliis, quorum copia iniustis iudicibus, impiisque oppressoribus magnus valde timor incutitur.

Sed videndum est quomodo intelligantur iura Cæsarea aduersari, quibus talis territio tamquam superstitiosa prohibetur, vt per Clar. eius pract. crim. quæst. 83. vers. puniuntur, & Boss. in tit. de extraord. crim. num. 9. per tex. in l. si quis aliquid, ff. de penis.

Quæ necesse est de abusu non legitimo vsu intelligantur cum diuini iudicij, vsus ad illud que scripturis passim recursus, & reclamatio probetur etiam Iob cap. 13. Exod. 22. & Eccles. 4. Nec ad superstitionem pertinet quod quid voce, vel scriptis agatur, quodq; Dei iudicium postuletur ad tempus, quodque etiam anima ibi iudicio sistat, vbi vniuersale iudicium expectatur siue in Valle Iosaphat, iuxta illud Ioel. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in Vallem Iosaphat, & ibi disceptabo cum eis, siue in Monte Oliueto, cui Vallis adiacet, & vnde in Cœlum Christus ascendit, iuxta illud Lucæ: Iesus sic veniet vt eum vidistis euntem in Cœlum, Actis Apost. 1. De quorum alterutro loco habetur per Sotum in 4. sent. dist. 48. quæst. 1. art. 4. Thomam tertia par. q. 89. art. 4. & per Magist. senten. in 4. dist. 48. & alios.

Hæc autem puto in legitimi vsus ratione versari. Primum quod grauis sit iniuria, qua tota ferè ponatur humana oppressi in discrimine salus, seu vitæ, honoris, vel fortunæ bonum. Secundum, quod salutis spem omnino humani auxilij impossibilitas excludat, quibus prius vti Matthæi capite decimo octauo monemur: quibus requisitis si citatio, vel appellatio caret, ius ciuile seruetur. Tertium quod prouocantem nullus rancor, nullumque odium vrgeat, vel vindictæ desiderium, quoniam Deus corda non exaudit reprehensione digna, de quibus Ioann. Epist. 1. cap. 3. dicebat: Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: Quartum quod qui prouocat prius benè probet seipsum, studeatque prius sua integro pœnitentiæ Sacramento rectè peccata expiari, quoniam scimus quod peccatores Deus non exaudit Ioan. 9. Vltimum quod nil hæsitans iudicium postulet in fide, quoniam qui hæsitat nil accipit a Domino, Iac. c. 1. Et nunc Reges, Iudices, Virique potentes, intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore Psal. 2. Aliter radix vestra sicut fauilla erit, Isai. 5. Et sicut puluis, quem proiicit ventus a facie terræ, Psalm. 1. Huncque tandem mei ad totum mundum credo sermonis esse finem, Quem velit Deus in sanguine Iesu, eiusq; ouilis, & pastoris vnitate, inq; radice charitatis facere saluum; Cui Deo sit omnis laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen. Et cuius laudes psallere anima mea sempiternum munus obtineat in Cęlestibus Choris.

Schenardus.

FINIS.




INDEX
LOCVPLETISSIMVS
HVIVS SECVNDI LIBRI,

Omnium eorum præcipuè notatu dignorum,

uæ in omnibus Consilijs, siue Responsis Io. Francisci Schenardi I. C. E. superfluis, minusq; necessariis reiectis continentur.





I N D E X.

B

mentum

D

INDEX.

INDEX.

G 2 Inter-

Locus

INDEX

probibita

Reus

Statutum

INDEX.

quem



REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V. a b c d.

✠ A B C D E F G.

Omnes ſunt quaterniones, præter ✠ Primi Libri, & F & G Secundi, quí ſunt terniones. P & V Primi, & ✠ Secundi ſunt duerniones; & d in fine Primi eſt ſimplex.



Errata huius Secundi Libri corrigenda, vt infra.

Pag. 9. ſab uum. 48. ius	lege uis.
num. 53. reſtitutioni	reſtitutione
num. 60. correct ionis	correctiones
Pag. 11. ſub num. 74. purificatis,	patificatis
num. 75. purificatis	parificatis
Pag. 14 num. 100. bonus animus	bonum animum
num. 104. conuincatur	conuincantur
Pag. 17. num. 160. q;	&
Pag. 18. num. 167. indicijq;	iudicijq;
num. eodem earum	eas
num. eodem inuentu	conuentu
num. 168. abſolutis	abſoluti
Pag. 25. nu. 26. acquiſitis	requiſitis
Pag. 28. nu. 63. mitautur	nitantur
Pag. 29 num. 69. ipſis	ipſius
num. eodem ainci	uaici
Pag. 43. num. 6. iure	iura
num. 7. Thimedicis	Thimepicis
num. eodem quò	quæ
Pag. 44. nu. 12. habeat	habent
num. 13. voluntatem	voluntariam
Pag. 47. ante nu. 1. argumentum	argumento
Pag. 49. num. 2. vel	vol.
Pag. 50. nu. 18. emanant	emanant ad
Pag. 51. nu. 19. fuiſſe	feciſſe
Pag. 52. num. 3. meritò	marito
Pag. 59. num. 3. poſitum	poſito
Pag. 70. num. 44. diſpoſitione	depoſitione
Pag. 71. num. 6. Bur.	Bar.
Pag. 72. ante nu. 1. indiuiſio	indiuiſo
Pag. 74. nu. 5. plutis	plures
num. eodem hærades	hæredes,
Pag. 79 pr. columna dubitan.	dubitari
In eadem demonſtrauit	demonſtraret
num. 1. legati	legari
num. eodem iur.	utr.
Pag. 87. col. 2. Ver. 3. ſubietus	ſubiectus.
Pag. 88. col. 2. audiant	audiat

Si quid aliud pauci, vel nulli momenti corrigendum eſt, recto legentis iudicio remittitur.